AVSTRIAS PA

ID EST.

GLORIÆ AVSTRI

ET

BELLI NVPER GERMANICI,

SVB

DIVO MATTHIA, FERDIN
II. ET III. IMPP., GESTI,

COMPENDIARIA

AD

Serenissimum & Præpotentissimum Principem, D. D.

FERDINANDVM QVARTVM, *Vngariæ, & Bohemiæ, Regem, Austriæ Archiducem* &c.

Autore Io. Petro Lotichio.

Apud Ioan. Gottfridum Schönwetterum,
Francofurti Anno M. DC. LIII.

Pro
Serenissimo, Splendidissimoq́;
Principe, & D. D.
FERDINANDO QUARTO,
Ungariæ & Bohemiæ Rege,
Austrię Archiduce, &c.

PANEGYRICVS.

SI quis populi *Romani* res inspiciat, non unius cuiusdam gentis, sed totius generis humani, facta, illis contineri, comperiet. Ita enim suo olim tempore *L. Florus* prodidit,

Florus de amplitudine Imperii Romani.

Seremissime REX,
FERDINANDE QUARTE,
ARCHIDUX Splendidissime!

Autor de amplitudine Imperii Austriaci.

Hic si nostra reviviisceret tempestate. Totque *Austriaci* san-

 guinis

guinis *Archiduces* , *Reges*, & *Cæsares*, unà cum ſplendidiſſimis glorioſiſſimiſque rebus, tàm *pace*, quàm *bello*, geſtis, evolveret. Dubio procul totius illius *Historiæ* & *Antiquitatis Romanæ* è *rebus geſtis Auſtriacis* imaginē, ac *compendiariam*, deduceret.

Quòd enim ad conſtituendum *Imperium Romanum*, initiò tot periculorum caſuumq; fluctibus agitatum, olim junctis paſſibus concurrerent VIRTVS & FORTVNA. Quarum illa generoſior ad gloriam enititur. Hæc potentior parta tuetur. Utraque coniunctà res non niſi ingentes ac magnificas molitur ſtabilitque. Haud difficile ſit demonſtrare, ad conſtituendum pariter *Auſtriaci* ſanguinis *Imperatorum* regimen, veram illam quoque VIRTVTEM, (quæ quidem, autore *Lactantio*, non propter ſemetipſam, ſed ob vitam beatam, quæ virtutem neceſſariò ſequitur, venit expeten-

Auſpicia *Imperii* olim *Romulo* facta.

petenda) id est, *PIETATEM*, & *FORTVNAM*, hactenùs conspirâsse. Ubi enim *Romulo*, tanti fastigii conditori, olim duodecim *VULTVRES* condendæ immortalis urbis, extendendæque potentiæ monarchicæ, gentilium autorum consensu, fecissent auspicium. Hæc, inquam, *VIRTVS* primum & felix *Rodolpho*, tum *Comiti Habspurgio*, dedit prognosticum, hunc nempè *Imperii Romani* summæ præfuturum. Res est, præ istis gentilium *Vulturibus* & nugis, modò non memoratu, sed immortalitate, cippisque & obeliscis, digna: quam, inter cæteros, litteris mandavit *Iustus Lipsius*, autor, & antiquitatis assertor, non infimi subsellij. Cujusmodi hocce loco prosit iterare compendium.

Auspicia *Imperii Rodolpho I.* facta.

Venatum excurrens *Rodolphus*, tùm illustris fortunæ *Comes*, cœlo pluvio, pro feræ captura, veram, & *Christiana* mente dignam, exe-

rendo Virtutem, verum *Imperij Romani*, deinceps moderandi, cepit augurium. Ecce! enim, dùm viis lutosis *Sacerdos*, pedibus ingrediens, mysticam ac venerabilem ægro de pago in pagum, tanquam supremum animæ viaticum, apportat Eucharistiam. Ad tàm, religionis plenum, sanctissimæ rei conspectum, viscera sibi commoveri sensit *Rodolphus*. Cumque DEO plenus esset, non potuit non integerrimas interioris illius *pietatis* prodere notas. Sic, equo desiliens, adaperto capite, sacerdotem divina ferentem, conscendere jussit, adjectis hisce verbis: EGONE, inquit, *EQVO VEHAR? ET TV, DIVINA FERENS, PEDIBVS INCESSERIS? ID VERO DEVS HAVD SINAT!* Quo cum dicto mystam, tametsi repugnantem, in equum sublatum, adoranti similis, singulari non sine reuerentia, ad ægrum deduxit & reduxit.

Rodolphi I. *Imp.* Pietas.

Quid

Quid hac dynastę *pietate* speciosi? Quid ergà DEVM *humiliatione* decentius? Magnam esse sinceræ pietatis mercedem, vel hîc patuit. *Sacerdos* enim, inusitata illustris ac militaris viri religione obstupefactus, DEO suggerente, ingens nominis gentisque avitæ incrementum, adeòque *Romani Imperii* fastigium, *Rodolpho Comiti*, ejusque posteris, & quidem extrà ordinem, prædixit, immò consignauit. Quid hoc vaticinio verius? Quid, inquam, vero eventu præsentius? Scilicet ità est: Eius merces: Et *Sacerdotis* vaticiniũ. Quod evẽtus comprobauit.

Qui recta pietate DEVM *fidenter honorat,*

Hunc ornare solet, munere teste, DEVS.

Si quis ambigat, augustum & memorabile præstò est exemplum. Videlicet *pietas* illa,

cœlo gratissima virtus,

DEO *Rodolphum* commendauit. DEVS vacanti *Imperio* cultorem suum *Rodolphum* præfecit. DEVS

dynaſtæ ſui *humiliationem* ad invidendum illum inter mortales, & triregium, *Cæſarea Majeſtatis* gradum ſublimavit. Agnoſce nunc *Dei* manum, qui *Auſtriacos* cognoſcis *Cæſares.* Scilicet procul *Numa*, procul *Scipionis*, ſecreti ſui conſcias frequẽtantium ſpeluncas, procul *Alexandri Severi* lararium intrantis, ementita & vana religio faceſſit, ſi ad ingenuam devotamque hujus *Rodolphi* convertatur ſanctitatem. E cuius lumbis porrò tot *Archiduces*, tot *Reges*, tot *Cæſares*, iidemque pii, ſancti, & penè incomparabiles, prodiêre.

Auſtriacorum Imperatorum amplitudo & ſeries omni facilè ſeculo incomparabilis.

E *Fabiis* trecenti ſex, contrà *Vejentes* profecti, ad unum omnes, inſidiis circumventi, periêre. E *Scipionum* familia tres potiſſimùm, à triumphati orbis terrarum partibus, victoris nomen ſibi pręſcripsêre, nimirùm *P. Cornel. Scipio Africanus*, *L. Scipio Aſiaticus*, & *P. Scipio Aemylianus*. *Divi Octaviani Augusti* (proh!

Fabij.

Scipiones.

proh ! quanti Imperatoris) domus, vix quaternario celebris, si in illa *Augustum*, *Germanicum*, *Drusum*, & *Tiberium*, ponas, quæ non, te rogo, produxit in *Caligula*, *Claudio*, *Vitellio*, & *Nerone*, monstra? *Antoninorum Cæsarum* prosapia, *D. Augusti* æmula, ubi duos duntaxat edidisset commendati nominis *Principes*, *Antoninum Pium*, & *Marcum Antoninum Philosophum*, eò usque inclaruit. Ut mox *Augusti Imp.* familię, autore *Spartiano*, caliginem induceret. Verùm, dùm nomen hocce, iam tùm *Imperio* venerabile, *Antoninus Commodus*, *Antoninus Caracalla*, & *Antoninus Heliogabalus*, portenta ista, non homines, sceleribus polluissent, mox tàm commendata antè sordere cæpit *Antoninorum* nomenclatura.

D. Augusti Imp. familia.

Antoninorum Impp domus & eminentia.

Profligatis gentilium næniis, & nascente aureo cum D. & S. N. CHRISTO seculo, *Constantini Imperatores* successivè numero sex, sub

Impp. Constantini:

Theodosii: Caroli: Ottones: Henrici: Conradi.

sub *Oriente*, *Theodosii* III., *Caroli* III. è *Gallis*, *Ottones* III. & *Henrici* V. è *Saxonibus*, *Lotharii* & *Conradi* aliquot è *Francis*, & *Suevis*, sub *Occidente*, *Imperii* ac rerum summæ præfuêre.

Omnibus illis ampliores *Austriaci.*

At parùm ista, *quantacunq;* sunt, ad augustissimæ illius *Austriacæ* familiæ hodieque numerum, culmen, merita, gloriamque, faciunt. Si enim rectè calculum ponas, ex hac splendidissima *Archiducum Austriæ* prosapia, gloriosa tot *Regum Cæsarumq;* genetrice, præter innumeros facilè commendati nominis *Archiduces*, & *Principes*, extrà summum *Imperii* regimen abundè inclarescentes, constabit, XIII. numero *Imperatores*, V. *Hispaniarum*, XII. *Ungariæ*, XI. *Bohemiæ*, & II. electos *Poloniæ*, *Reges*: *itemq;* III. *Imperatrices*, III. *Hispaniarum*, IV. *Galliarum*, II. *Lusitaniæ*, I. *Neapolitanam*, nec non VI. *Vugariæ*, V. *Bohemiæ*, V. *Poloniæ*, & I. *Daniæ Reginas*, tanquam

E quibus numero. *XIII. Imperatores:* ET *XXX. Reges*, &c.

ex

equo illo, prout in *Scholiis* ajunt, *Trajano*, prodiisse.

De *Augusto Imp.* præfatus commeminit *Spartianus*, illum nec adoptivum filium bonum habuisse. Cùm tamen ei eligendi potestas esset ex omnibus. Etiam *Traianus* in municipe ac nepote suo eligendo falli cœpit. Nec minùs de *Pio* & *Marco*, *Antoninis Impp.* innotuit, *Reipublicæ* numinibus. Videlicet *Marco* nihil fuisset felicius, si *Commodum* haud reliquisset hæredem. Pariter profuturum fuisset *Severo Septimio Imp.*, si minùs *Bassianum* genuisset. Hoc enim monstrum saltèm non fratrem, parricidali insidiarum contrà se cogitatarum figmento, interemit. Immò verò novercam, & matrem, in cujus sinu *Getam*, ejus filium, occiderat, uxorem duxit. Immò *Papinianum*, *Iuris* illud asylum, & *Legum* thesaurum, ideóque, quòd parricidium excusare noluisset, necavit. Denique

Plerique olim *Imperatorum* gentilium filij degeneres.

que sic quidem comparatum olim fuit. Ut neque *Romulus*, neque *Numa*, neque *Camillus*, neque *Scipio*, neque *Catones*, neque *Homerus*, *Demosthenes*, *Plautus*, *Virgilius*, *Terentiusq;*, nedùm *Tullius*, aut *Iulius Caesar*, filios habuerint. Pleriquae autem *Magnatum* tales susceperint. Ut rectiùs rebus humanis fuisset consultum, si illiberes & sine haerede decessissent. Quae omnia eò utique tendunt. Vt olim in *Adagium* abierit, *Heroum filios esse noxas*.

At omnes Austriaci Imperatores, vel invidia teste, meritis elogiisque maximis praecellentes.

At, amabo te, quis in splendidissima illa *Rodolphi I. Imp.*, DEO cari, prosopia, gloriosissimis illis *Austriae Archiducibus*, maximè *Regibus* & *Caesaribus*, cognovit scelus & vitium? Quis, inquam, degenerem hac in triregia stirpe notavit sibi haeredem? Quae hactenus, more *D. Augusti*, tantùm abest, ut *adoptivis* habeat opus. Vt praecellentes, pios, generosos, fortes, utilis

lissimosque, rebus humanis, & *Reipublicæ*, è perpetua *velut* viviradice, dederit *hæredes*. Tam sublinem igitur & raram hæc *augustißima familia*, cœlitùs obtinuit prærogativam. Vt, cùm multis clarissimis *Imperatoribus*, & *Heroibus*, conducibilius fuisset, non reliquisse hæredes, huic nihil eveniat gloriosius, quàm tot continua serie, singulari DEI beneficio, magnanimos, sanctos, pace & bello claros, & de terrarum orbe benè meritos, omniq; laude condignos, identidem genuisse filios, edidisse *Principes*. Ità ut *Austriaca Archiducum Familia*, tot *Regum*, *Cæsarumq;* nutrix, *Adagium* istud conturbare & invertere, contraq; gentiles id genus *Cæsares, Reges, Principesq;*, & *Imperatores*, hoc in rerum genere, incomparabili planè exemplo, regnare manifestò convincatur.

In quibus locum non habet vetus istud: *Heroum filij noxa*.

Hæc quò omnium oculis novissimè, & clariùs, exponantur. Inprimis

mis, ab ipsis rerum, gloriosè gestarum, effectis ac monumentis, comprobentur. Lubet agedùm quandam AVSTRIACÆ illius GLORIÆ proponere *compendiariam*. Qua quidem tàm augustissimorum *Imperatorum*, tàm splendidissimorum *Heroum*, virtutes, res pace & bello gestæ, ingentia merita, ac laudes stupendæ, tanquam sub quibusdam *Obeliscis*, notari atque censeri sustineant. Quanquam enim tàm operosa *Imperii Romani*, & nationis *Germanicæ*, decora in occulto minimè lateant. Sed superioris ævi *annalibus* non uno ab autore cõprędicentur. Prosit tamen, brevem illis è fontibus hocce loco inistituere *Epitomen*. Nostriq; seculi, bello nuper trigesimali clarissimi, superaddere decursum.

Narratio. Et rerum, à *Rodolpho* 1. *Austriaco Imp.* gestarum, epitome.

Quod dùm exequi fert animus, ad *Rodolphum primum* illum, augustæ *Familiæ Austriacæ* fundatorem, libenter æquidem revertor. Notum autem

autem fit è *Plutarcho*, & aliis gentilium scriptoribus, *Iulium Cæsarem*, primum *Imperii Romani* conditorem, cum virtute & rebus *Alexandri Magni* componi meruisse. Ita enim integer *Plutarchi* loquitur commentarius. Ab hoc heroum pari, facilè incomparabili, minimè diversum abiit *Rodolphus I. Imperator*, ipsi *Cæsari Iulio*, ipsi *Alexandro Magno*, jure comparandus. Prout enim *Iulius*, post devictum in campis *Pharsalicis Pompeium Magnum*, generum, antehac invictum, primus *Imperii Romani* statum formavit monarchicum. Consimiliter ferè *Rodolphus Habspurgius Anno D. & S. N. CHRISTI M. CCLXXII.*, rebus *Imperii* conturbatis, & vacillantibus, ob virtutis bellicæ famam, tot magnanimis *Germaniæ Principibus* prælatus, *pietate* duce, comite *fortuna*, ex illustri sorte, raro per hoc *Imperium* exemplo, ed *Cæsareum* evocari cœpit fastigium. Neque

Rodolphi I. Imp. cum C. Iulio Cæsare comparatio.

ſpes, ſuper tanto heröe concepta, fefellit *Proceres*. Quippe, ſingulari & magna *fortitudinis*, *juſtitiæ*, & *induſtriæ*, laude, res *Imperii* confuſas ac labantes in poplites erexit, iterùmque confirmavit. Quòd igitur *Imperii inſtauratori* olim *Iulio* hic ſui temporis *reſtaurator Rodolphus primus* jure conferri, immò præferri, amet. Iſte enim, non vocatus, proprio impetu *Imperium* invaſit, Hic autem ab *Ordinibus* poſtulatus ordine *Imperium* admiſit & reſtituit. Etiam non minùs incomparabilem hujuſce *Principis magnanimitatem* cum rebus ipſius *Alexandri Magni* conferri poſſe, *vel Alberti Magni*, autoris omni exceptione majoris, teſtimonio, diſcimus. Qui conceptis verbis affirmavit: *Rodolphum I. Imp.* vel hoc nomine *Alexandrum*, *Philippi* filium, repræſentâſſe. Dùm, ad illius imitationem, pro virtute ſua, profiteretur. Seſe nimirū. *quadraginta pedeſtris*, *&* *quatuor equeſtris*, *arma-*

Rodolphi I. Imp. cum *Alexandro Magno* comparatió.

armatura millibus, & quidem nationis *Germanicæ* hominibus, in quacunque orbis terrarum parte, victorem trophæa fixurum.

Non ignorabat enim magnanimus *Cæsar*, de *Alexandro* testari sive *Plutarchum*, sive *Q. Curtium*. Illius in exercitu *trigintà duo peditum*, & *quinque equitum*, *millia*, unà cum *centum & septuagintà navibus*, fuisse. Eaque tam parva manu herôem ingentem, saltèm non universum terrarum orbem aggredi, sed etiam vincere & subigere, cœpisse.

Eius fortitudinis specimen si quis quærit, habeat felicem *Rodolphi* hujus contrà *Ottocarum*, tum *Bohemiæ Regem*, inter cætera expeditionem. Quæ talis fuit. Spreverat *Rodolphum*, nuper illustris generis *Comitem Habspurgium*, eundemque paulò antè aulicum *Curiæ* suæ magistrum, jam ad *Imperij* fasces divinitùs vocatum, & *Imperatorem*.

Rodolphus I. *Imp*. Insurgentem *Ottocarum Bohemiæ Regem* bello vincit subjugatque.

ratorem Ottocarus iste *Bohemiæ Rex*. Sic, ut, præ contemptu, vultus in hunc elevaret. *Austriamq;*, finitimis cum regionibus, invaderet caperetque. *Imperator*, missis legatis, primitùs ea, quæ *Imperii* erant, postulavit. Sed nihil minùs cordi fuit *Regi*, etiam legationem contemnenti. Hinc promptum *Imperator* prævaricatori intulit bellum. Quo victus *Ottocarus* modò non *Austriam* reddidit. Sed insuper *Regni Bohemiæ*, & *Moraviæ*, feuda ab *Imperatore* supplex petere coactus debuit. At nondùm satis erat castigationis. ubi enim eius coràm *Cæsare* humiliationem *Regina* didicisset, convitiis maritum adorta, occasionem præbuit, ut *Ottocarus*, violato fœderis sacramento, bellum adversùs *Cæsarem* recoqueret. Verùm à *Rodolpho Imp.* denuò victus gravissimas periurii dedit pœnas. Quippe, ubi signa cecinissent, acerrimo commisso pi[illegible] quo-

[illegible]de-

Idem denuò rebellantē vincit opprimitque.

tuordecim *Bohemorum* perdidit millia. Ipse autem *Rex*, equo dejectus, gladioque transfixus, indignantem profudit spiritum. Factum id *Anno. M. CC. LXXIIX.* Quis igitur non agnoscit, *DEVM*, & bonam caussam, fuisse in partibus? Nihilo-minus *Rodolphus*, beneficentiam rigori præferens, jure belli captum *Bohemiæ Regnum Wenceslao, Ottocari* filio, ubi restitueret, ei *Iunam* filiam in matrimonium collocavit. Pariter *Rodolpho*, filio suo, *Sueviæ Duci*, *Agnetem*, *Ottocari* filiam, connubio junxit. Unde *Austria, Styria, Carinthia*, & *Carniola*, provinciæ, per matrimonium, & *Imperii* feudum, ad *Rodolphi Imp.* filium, & nepotes, delatæ. Quibus *Austriaca Archiducum* hodieque *Familia* debet originem.

Bohemiæ Regnum, jure belli captum, Ottocari R. filijs restituit.

Cæterùm, alia *Rodolphus Imp.* & quidem gravissima, per *Alisatiam*, *Helvetiam*, *Marchionatum Badensem*, agrum *Vürtenbergicum*, *Sueviam*, item-

Diversa à *Rodolpho I. Imp.* fortiter feliciterq; superata bella.

temque *Italiam*, bella singulari ac tanta virtute gessit. Ut *quatuordecim præliis victor* per *Europam* inclaresceret. Quos dubio procul *tutissima* illa *virtus*, *PIETAS*, ipsi peperit *triumphos*. Præter enim *humiliationem* illam, suprà *DEO* & *Sacerdoti*, declaratam, tùm quoque, cùm ad *Imperii* culmen fuisset sublimatus, etiam hac sub fortuna, quàm *Pius* esset, *ostendit*. Siquidem ubi, *post Friderici II. Imp.* excessum, & octodecim ferè annorum interregnum, apud *Aquisgranum* imperiali diademate insigniretur. Sed, ob quorundam *Electorum* absentiam, non omnes concurrerent ceremoniæ, *regiumq;* deesset *Sceptrum*. Confidenter ille, arrepto *Sanctæ Crucis* intersignio, Hoc hoc, inquit, sese *sceptro*, quo utique per *D. & S. N. CHRISTUM* universus terrarum orbis redemptus esset, usurum. Neque optatus defuit successus. Hostes enim suos, quotquot

Ille XIV. præliis *Victor* & *Triumphator*.

Hanc felicitatem solida, & cōstans ergà *DEUM* peperit *Pietas*.

quot erant, feliciter eo, velut malleo, superavit, ac contrivit.

Hoc nomine per *Pietatis* almæ basin fundato *Archiducum Austriæ* solio, posteaquàm serenissimæ hujus familiæ haud vulgares virtutes, laudes, & merita, *Electores Principesq; Germaniæ* invitarent ad *Imperii*, aliâs electivi, successionem. Vsuvènit, ut tot subindè laudati nominis *Cæsares* ex *Archiducibus Austriacis* ád *Imperii Romani* clavum legitimis suffragiis vocarentur. Quorum res, pace, litteris, & armis, feliciter & gloriosè gestæ, laudes inusitatæ, & stupenda merita, saltèm non senile ac caducum hac nostra tempestate fulciunt commendantq; *Imperium*. Verùm etiam laudatissimos quosque omnis retrò ætatis *Romanos Cæsares* si non longè antecellunt, saltèm felicissimè tàm æmulantur, quàm æquant.

Cujusmodi tanti *Imperatoris* hæredes, *Austriæ Archiduces*, ad *Imperii* successionem evocat.

Recenseat agedùm mihi nunc

quis,

quis piam laudati nominis nov-antiquos illos *Imperatores*, videlicet *Iulios, Augustos, Tiberios, Vespasianos, Trajanos, Hadrianos, Antoninos, Tacitos, Probos, Constantinos, Theodosios, Gratianos, Arcadios, Honorios, Mauritios, Carolos, Ludovicos, Lotharios, Conrados, Henricos, Ottones, Fridericos, Rupertos, Sigismundos.* Nunquid his, è diversi commatis stirpibus oriundis, tàm Arte, quàm Marte, ingenti suo merito, ex *Austriaca Archiducalis* familiæ *Imperatoribus*, itidem nov-antiquis, conferri possunt *Rodolphi, Alberti, Friderici, Maximiliani, Caroli, Ferdinandi, Matthiæ?*

Austriaci Imperatores cum optimis quibusque Impp. omni Iure comparandi.

De *Caligulis, Claudiis, Vitelliis, Neronibus, Domitianis, Commodis, Pertinacibus, Iulianis, Pescenninis, Caracallis, Macrinis, Heliogabalis, Maximinis, Gordianis, Deciis, Vibiis, Volusianis, Valerianis, Gallienis, Carinis, Diocletianis, Maxentiis, Liciniis, Constantiis, Valentinianis, Anastasiis,*

Cum pessimis nequaquam.

stasiis, *Phocis*, *Heracliis*, *Leontiis*, *Leonibus*, & id genus, dicere nihil attinet. Tyrannos enim, haud *Cæsares*, immò monstra & portenta, rectiùs dixeris. Cujusmodi saltèm non *Imperium*, sed etiam secula sua, flagitiis inquinârunt. Istis nihil simile tulit, divinitùs excitata, *triregia* illa *Austriaca* prosapia. Quæ, quòd, DEO cara, à vera *Pietate* sumpsisset ortum, hactenùs iisdem radicibus altè subnixa, luculentum, prorsusq; inusitatũ, fecit incremẽtũ.

Hinc tantũ *Austriaci* nominis & fastigii incrementum.

Quanquam autem, ab excessu *Rodolphi I., Imp.*, tantæ molis esset, ineuntes *Austriæ Duces*, *Rodolphi* filios, *Imperio* & summæ rerum, per successionem, præficere. Eò, quòd *Alberto I.* & *Friderico I. Imperatoribus*, resisterent *Adolphus*, *Comes Nassovius*, & *Ludovicus*, *Bavariæ Dux*. *Quorum* ille, ad *Imperii* culmen sublimatus, ab *Alberto I.* per *Electores* ad *Imperii* solium evecto, commisso apud *Vormatiam* prælio, victus dejectusque fuit.

Tametsi *Alberto. I.* & *Friderico I. Austriæ Ducibus*, super successione in *Imperio* & qui-

dem Electivo, movetur controversia.

fuit. Hic autem, à *Friderico I.* ejus nominis, dicto *pulcro*, bello lacessitus, victor evasit. Et, *Imperatore* in custodiam conjecto, semetipsum constituit *Imperatorem*. Nemo tamen, qui quidem annales inspexit, meâ sententiâ facilè ibit infitias, *Albertum & Fridericum*, *Imperatores* illos *Austriacos*, ob *magnanimitatem*, *prudentiam*, *benè merendi studium*, *liberalitatem*, *clementiam*, & res pace & bello gestas, cum veteribus illis *Romanis Cæsaribus*, *Tiberio, Druso, Germanico*, itemque *Nerva*, *Trajano*, *Adriano*, & id genus mediocris famæ *Principibus*, jure componi posse.

Mox tamē *Albertus II.* & *Fridericus II.* per electionē ad *Imperii* majestatē convocantur.

Illam antecessorum suorum nobilitatem & potentiam, tanquam per gradûs quosdam, auxêre *Albertus II.* & *Fridericus II.* *Austriæ Duces*, ob merita, & dignitatem tàm avitam paternamq;, quàm propriam, ad *Imperii* fastigium successivè provecti. Quorum ille paucis velut annis,

annos, in medio rerum præclarè gestarum cursu præreptus, religione, munificentia, armisque, contrà *Amurathem*, *Turcorum* tyrannum in *Vngariam* productis, floruit. Ità *Fridericus. II. Imp.*, antea renunciatus *Archidux Austriæ*, ubi bellum *Pannonicum* contrà *Matthiam Hunniadem* feliciter composuisset, publicam *Imperii* tranquillitatem plures ad annos, & senium usque, constanter provexit. In *Augusti Imp.* familia nemo fuit ipsomet *Augusto* eminentior. Post *Tiberium* enim pessimè descivêre omnes usque ad *Neronem*, dicti *Aeneades*. Vndè potiùs cum *Pio*, & *Marco*, *Antoninis*, itemque *Alexandro*, *Tacito*, *Proboque*, nostri illi conferendi.

Et velut in successione confirmã: tur.

Si quis nunc, inquam, *Familiam Archiducum Austriacam*, *tanquam hominem*, consideret. Totamque *ejus ætatem*, ut cœpisset, ut adolevisset, ut ad quendam veluti juventæ florem pervenisset, ut virile robur con-

Archiducatûs Austriæ constitutio.

Austriaci Imperii gradûs &

ætates. Videlicet.

contigisset, & mox ad senectutem vergeret, excutiat. Dubio procul *quatuor* illos *gradûs*, & inter hos, primā ætatē sub *Rodolpho I.* fundatore, *Alberto I.* & *Friderico I.* cōstituet. Et hæc *INFANTIA* dici poterit. Vbi autem sub *Friderico II.* & *Alberto II.* eminentia, autoritas, opesque crescerent, constituto iam *Austriæ Archiducatu*, utique *Imperatorum Romanorum* seminario. Quis hanc non nominabit. *ADOLESCENTIAM?* Tanquā lacertos jā movere potētē? Successit paulò lętior robustiorque sub *Maximiliano I.*, *Carolo V.* & *Ferdinando I. Imperatoribus*, *IVVENTVS*. Hi quanti, & quàm in omni genere virtutis nobilissimi, fuissent *Principes*, fama prædicat, annales loquuntur. Inter cætera, quibus *Maximilianus I. Imp.* inclaruit, decora, in litteras relatum esse meminimus. Nimirùm in hujus pectore virtutes, à celsissimis majoribus suis per partes diffusas, collectim

INFANTIA. *ADOLESCENTIA.* *IVVENTVS.* *Maximilianus I. Imp.*, Omnium virtutum hoŗōicarū & *Austriacarum* cōpendium.

ctiùs habitasse. Ut, quoad pacis & belli ornamenta, hic elegantissimum repræsentare videretur *compendium*. Etenim cum *Theodosio Magno* certavit justitia, cum *Traiano* æquitate, cum *Iulio Cæsare*, *Augusto*, *Tio & Marco Antoninis*, eruditione, & cum fortissimis quibusque, audacia, fortitudine, & constantia. Isque eò, ut litterati experirentur *Philosophum*, & benefactorem, subditi *Principem* benignissimum, milites *heröem* generosissimum, omnes boni *numen tutelare*: sub cujus præsidium certatim confugerent.

Ejusdem summa generositas, gloria:

Et Pietas.

Præterieram penè maximi hujus *Principis Pietatem*, utique surgentis *Austriacæ* prosapiæ veluti *Palladium*. Hujus omnium tutissimæ virtutis oppidò rarum, inauditum, & stupendum, hoc in *Maximiliano* effulsit specimen. Cùm enim, apud *Denipontem*, in abruptas ac cœlo minantes *Tyrolensium Alpes*, damas insectandi studio, ferretur ferven-

Quæ Austriæ Principum Palladium.

Maximiliani I. Imp. in scopulis *Tyrolensibus* periclitatio.

tiùs. Eò usque in præcipites pro-repsit scopulos, undè humana ope nullus ab edito daretur regressus. Sic igitur fortunæ suæ, & soli DEO, relictus, divinum impetravit ab alto præsidium. Quippe puellus eximiæ formæ, ἀπὸ τῆς μηχανῆς in edito ipsi occurrens, semitam monstravit nulli antè mortalium exploratam. Ità DEO cordi fuit *Cæsaris pietas*. Ut, præter omnem spem, qui conclamatus esse videbatur, servaretur. Tam miraculosam ab extremis vitæ desolatæ periculis liberationem non minùs invidenda excepit potentia, & fortunarum auctio. Quòd enim magnanimi illius & potentissimi *Caroli*, *Burgundiæ Ducis*, unicam filiam, *Mariam*, abs tot *Magnatibus* frustrà petitam, matrimonio sibi jungeret. Factum est, ut complures *Austriæ* suæ adijceret Provincias.

Et miraculosa conservatio.

Ejusdem cum *Caroli Burgundiæ Ducis* filia unica nuptiæ.

Vndè majus *Austriacæ* potentiæ incrementum.

Maximiliano I. ad cœlites evocato, *avo paterno*, successit in *Imperio* nepos

nepos *Carolus* V. proh! quantus *Imperator*. Cujus immensis, terrarum orbem implentibus, elogiis & meritis antehac juvenilis Musa nostra sequentibus illis versiculis parentavit:

Illi in *Imperio* succedit *Carolus V Imp.* nepos.

Carole, magnanimis tua gloria transvolat alis
Luciferi victrix Solis utrasque plagas.
Ergo tuas digno referet quis carmine laudes?
Laudibus existis grandior ipse tuis.

Tanta autem ingentis hujus *Principis*, veluti *Trimalchionis* cujusdam, qui *Viginti & octo Regnorum* erat hæres ac dominus, fuit magnitudo. Ut cum potentissimis totius orbis terrarum *Monarchis* jure componeretur. Tantâque polluit rerum fortissimè gestarum operositate, & gloria. Ut si non maximos illos superioris ætatis in *Imperio* antecessores, nempè *Theodosium Magnum*, *Constantinum Magnum*,

Hic XXVIII. *Regnorum* hæres & dominus.

Idem *Monarcha* divinus & magnus.

gnum, *Carolum Magnum*, & id genus *Imperatores*, superaret, saltèm omnium confessione æquaret. Ferunt, tàm splendidissimi, quàm potentissimi, *Monarchæ* ortum vaticinio fuisse promissum, *à centum & viginti novem annis*, antequam nascere-tur. Idque tàm dilucidè. Ut & nomen illius, & anni regiminis imperialis, exprimerentur. Quod quidem indubitatum præbet argumentum, heröem fuisse ingentem & divinum. Quibus adde, eodem illum anno rebus humanis excessisse, quo per vaticinium vita terminabatur. Neque hoc, quod sequitur, frustrà, & sine fato, evenisse putandum est. Ut nimirùm eodem die *Rex Carolus*, cùm *annos* ætatis haberet *novendecim*, solenissimis in *Imperatorem Romanum* cum ceremoniis inauguraretur. Quo, *Asiæ* pestis, immanissimus iste *Turcorum* tyrannus *Solymannus* apud *Mahometanos* suos *Imperii* adiit regimen.

Cujus ortus vaticinio prædictus.

Et *Solymäno Turcorum tyranno*, *Asiæ* & *Europæ* pesti, oppositus.

men. Tanquam hanc contrà luem, *Christiana in Republica* perniciem surgentem, genuinum, DEO duce, suppeditaretur alexipharmacum. Neque defuit istius ominis supplementum & successus. Quippe, cùm, post *Rusticanorum* per *Germaniam tumultuationes* & furores, *Imperium* non una parte lacerarctur & fluctuaret. Captata temporis opportunitate, *Solymannus* numerosissimum è ducentis barbarorum millibus in *Austriam* infundens exercitum, *Viennam*, *Rom. Imperij* clavem, magnis conatibus oppugnavit. Contrà terribilem hanc barbarorum multitudinem, cujusmodi nulla ope humana videbatur superabilis, *Carolus Imp.* justis cum copijs profectus, & *Viennam*, ab obsidione, & *Imperium* à periculo, DEO secundante, eâdem, quod dicitur, fidelia feliciter liberavit: rejectis versùs Thraciam, undè venerant, *Turcis*.

Carolus V. Imp. à *Viennæ* obsidione *Solymanum* potentissimè reijcit.

Hac parta victoria nobilissima, *Pietate* & *Virtute* duce, *Fortuna* comite, tantum nominis sui modò non per *Asiam*, sed *Europam* inprimis, sparsit terrorem. Ut hostes deinceps, à summo ad infimum, facilè omnes vinceret, immò subditos supplicesque redderet. Inter cæteros, amplissimum *Galliarum Regem Franciscum*, apud *Papiam Italiæ*, prælio vicit, captumque honorificentissimè habuit. Quò autem arctius sanciret amicitiæ fœdus, propriam illi despondit sororem: tam regnis, quàm regijs affinitatibus, undiquaque florentissimus. Quippe, quod aliâs non minùs rarissimum, filium reliquit tot nationum *Regem*, filiam *Reginam*, & generum quoque *Regem*. Fratrem autem, se adhûc vivente, designavit *Imperatorem*, omnesque sorores vidit *Reginas*.

Franciscũ Galliarum Regem prælio vincit, capitque.

Eidem honorificentissimè dimisso propriam despondet sororem.

Ferunt, neque prudentiorem, neque cordatiorem, unquam *Im-*

perio contigisse *Cæsarem.* Qui cùm potentia, autoritate, benignitate, & victoriis, *Europam* ad cultum & observantiam, *Asiam* ad terrorem, redegisset, porrò tantas in *Africam* trajecit copias. Cujusmodi eas per orbis terrarum partes hactenùs nemo conspexerat. Hic igitur *Solymanni* conatibus, qui *Christianam* invadens *Rempublicam* meditabatur *Germaniæ* eversionem, paria facturus, *Turcos*, intra ipsa sua viscera, adoriri & premere cœpit. Quippe, occupato *Regno Tunetano*, captoque *Rege* barbaro, uno die sex *Christianorum* millia, quibus omni momento, sub tyranni edicto, crudelissimè commoriendum erat, fatali gladio potenter eripuit.

In *Africâ* suscipit expeditionem.

Regnumq. Tunetanum cum Rege capit.

Christianos captivos liberat.

De *Herculis*, *Bacchi*, *Cyri*, *&* *Alexandri Magni*, expeditionibus, usque ad terrarum ultima susceptis, pleni sunt veterum fasti. Neque hos ultà terminos processit mortalitas.

talitas. At *Carolus Austriacus Imp.* tot divinis per *Europam*, *Africamq;* novum videl. orbem, continuatis productisque victoriis, (quæ felicitas à tot seculis nemini *Christiani* nominis *Principum* contigit) modò non ad ultimam illam priscorum herôum metam, nempè *Herculis Columnas*, processit. Verùm etiam, memorabili prorsùs exemplo, *PLVS VLTRA* tendere, novosque terrarum orbes, quos vinceret, desiderare cœpit. Quo quidem entheo concitatissimoque metam ulteriorem petendi spiritu, nescio equidem, an omnibus *Monarchiæ Romanæ Imperatoribus* inusitatæ virtutis laudisque æstimationem præripuit.

Caroli V. Imp. cum *Baccho*, *Hercule* &c. comparatio.

Vndè Tò *PLVS VLTRA* illud *AVSTRIACVM.*

Omnium præstantissimam *Philosophi* commendant victoriam, qua quis seipsum vincit. Etiam hanc palmam *Carolus*, omnium confessione, retulit maximam rarissimamque. Ubi enim tot *Principes*, *Re-*

Idē, *DEO* proximus, se ipsum vincit.

Regesq;, etiam per alium terrarum orbem, feliciter & gloriosè vicisset. Tandem ad semetipsum conversus, homine, immò *Rege* & *Cæsare*, immò seipso, altior, humanas propriasque vicit cupiditates. Quippe, post terras devictas, animo in cœlum DEVM QVE intentus, saltem non aurum, opes, potentiam mundanam (quibus plerique mortalium, sub æternæ beatæque vitæ dispendio, inhiant) contemnere cœpit. Verùm enim verùm sponte, expedita, liberali hilarique manu, *Ferdinando* fratri *Romanum Imperium*, *Philippo* autem filio, ejus nominis II., dicto *Regi Catholico*, *Castellæ*, *Aragoniæ*, *Legionis*, *Lusitaniæ*, utriusque *Siciliæ*, *Hierosolymæ*, *Navarræ*, *Granatæ*, *Toleti*, *Valentiæ*, *Galliciæ*, *Majoricarum*, *Hispalis*, *Sardiniæ*, *Cordubæ*, *Corsicæ*, *Murtiæ*, *Giennis*, *Algarbi*, *Algeziræ*, *Gribraltaris*, *Insularum Balearium*, *Insularum Ca-*

Dum *Ferdinando I.* fratri *Imperium*.

Et Philippo filio tot Regna, ac Ducatûs, resignat.

naria, *Indiarum Orientalium*, & *Occidentalium*, & *Terra firma* maris *Oceani*, &c. *Regna*, unà cum *Austria Archiducatu*, *Burgundia*, *Lotharingia*, *Brabantia*, *Mediolani*, *Styria*, *Carinthia*, *Limburgiorum*, *Lucemburgiorum*, *Geldria*, *Würtembergia*, *Calabria*, *Athenarum*, & *Neopatria*, &c. *Ducatibus*, alijsque *Principatibus*, *Marchionatibus*, *Comitatibus*, & *Dynastiis*, annexis compluribus, resignavit. Ut videri queat, hæc omnia minimè illi hæreditaria & propria, sed aliena & aliquousque credita, fuisse.

Majoris fertur esse moderationis, si quis *Regnũ* malit repudiare, quàm petere, aut, etiam oblatum, admittere. Quantò majus fuit, & quidem ea sub autoritate, felicitate, ac pace, tot *Regna*, totidemque *Ducatûs*, ac provincias, immò summum illum *Imperii* splendorem, aliis ultrò abdicare & consignare. Id quod ullo ne quidem seculo vel à mitissimis

Id quod nullo faci-

illis

illis *Cæsaribus*, tàm gentilibus, quàm *Christianis*, videlicet *Augusto*, *Vespasiano*, *Tito*, *Nerva*, *Trajano*, *Hadriano*, *Pio* & *Marco Antoninis*, *Alexandro*, *Tacito*, *Probo*, itemque *Constantino Magno*, *Gratiano*, *Theodosio Magno*, *Arcadio*, *Honorio*, *Iustiniano*, *Carolo Magno*, *Ludovico pio*, aut quopiam recentiorum, compertum habemus. lè sæculo compertũ.

Jtaque neque è fastidio, neque desidia ignaviaque, magnanimus, immò divinus, *Cæsar* humanis illis deliciis & splendoribus liberrimè valedixit. Sed, quò, depositis mundanis id genus oneribus ac sarcinis, expeditiùs animam DEO consecrare. Postque marmarcescibilis gloriæ caducitatem, immarcescibilem illam in cœlis gloriam consequi, posset. Ad monasticam vitam, preces & vota, conversus, sic quidem, antequàm moreretur, mori didicit. Ut deinceps, cùm moreretur,

Tantò ardētior fuit bonorum *Cœlestium*, præ *Terrenis*, contēplatio & studium.

Carolus V. Imp. per fortu-

Beatissimus maximusque. Idemque pius & sanctus.

per mortem in cœlos, vitam gloriamque æternam, intraret. Quid, inquam, majus ab homine, quid sanctius ab *Imperatore*, & quidem fortunatissimo maximoque, exspectari possit? Eccam autem *Pietatem Austriacam*! Alios *Principes*, *Reges*, *Cæsaresq;*, opum potentiæque affluentia, luxus & deliciæ, fregerunt, enervarunt, perdiderunt.

Hic *Carolus Rex* & *Cæsar* mersit opes, ne mergeretur. Hunc tot *Regnorum* splendor, *Imperij* majestas, victoriarum gloria, ad cœlestem beatamque illam vitam, unicum uniceque triumphans *D. & S. N.* CHRISTI *Regnum*, veramque & immarcescibilem illam apud cœlites gloriam, tantò magis invitârunt. Sic tanta moderatione supremum illud orbis *Christiani* & *Monarchiæ* tulit fastigium. Ut divinus magis, quàm humanus, illo sub heroico corporis, laboribus

Divinus magis, quã humanus.

ribus exercitati, vigore, animis mundanas opes & delicias prorsus abdicaret, cœlestes unicè quæreret.

Sed, quò me abripit *Virtutum*, maximè *Pietatis*, tam magni, tam invicti, tam sancti, *Imperatoris* admiratio? Dies, immò ferè annus, me deficiat: si omni ævo veneranda, immò stupenda, hujus *Caroli* dicta factaque conquirere, & intertexere, contendam. Id enim præsentis instituti haud patitur ratio. Ut saltèm in augustas augustissimorum *Austriaci* nominis *Imperatorum* res gestas, & laudes, digitum intendere. Et ex hisce totius *Romanæ historiæ compendiariam* repræsentare, prægestiam.

Parasceve ad laudes *Ferdinandi I. Imp.*

Quam dùm calco viam, profit, tantisper ad *Caroli* fratrem, & in *Imperio* successorem, *Ferdinandum I.*, digredi: Hic felix tanti *Imperatoris* in *armis* fuit æmulator. Simulatque *doctrina ac litteris* claruit. A puero

ſub tutela *Ferdinandi* & *Iſabellæ*, *Hiſpaniarum Regum*, educatus, cùm adoleviſſet, *Annam*, *Vladulai Vngariæ* & *Bohemiæ Regis* filiam unicam, eandemque *Ludovici*, *Vngariæ* & *Bohemiæ Regis* ultimi, ſororem, duxit uxorem. A cujus *Ludovici* exceſſu duo iſta *Regna* hæreditario jure conſequi, & apud *Albam Regalem* ſplendidiſſimè coronari, cœpit.

Is fit Vngariæ & Bohemiæ Rex.

Quanquam autem hac ſub felicitate, more humano, non deeſſent faſtidia. Quippe maximis *Regibus* maximi plerùmque adversùs æmulos & hoſtes ſubeundi labores. Eò, quòd DEVS juxtà ſe poſuit ſceptrum & invidiam. Hic tamen *Auſtriaco*, id eſt, verè herôico, præditus ingenio, magna cum induſtriæ & fortitudinis laude, difficilia quæque ſuperavit. Ubi enim quidam *Vngariæ Proceres Ioannem Sepuſium* creâſſent *Regem*, Hunc *Ferdinandus* bello victum è *Regno*

Ioan. Sepuſium adverſarium prælio vincit, fugatq;

Regno ejecit, inéque *Transylvaniam* fugerè coëgit. Vix hic desierat turbo, cùm gravior sub *Solimanno*, *Turcorum Imperatore*, prorupit impetus. Qui è *Thracia* in *Vngariam* egressus, post continentis devastationem, non paucas subjugavit civitates, etiam expugnato *Belgrado Regni* fortalitio. Aberat tùm *Ferdinandus*, nomine *Caroli* fratris *Hispanias* gubernans. Itaque *Tyrannus*, ubi semel libidinem aliena invadendi concepisset, deinceps ingentem barbarorum multitudinem iteratò infudit in *Vngariam*, post regionum eversiones, strages, & incendia, ad *Viennæ* obsidionem progressus. *Ferdinandus* igitur, bona fratris cum venia, in *Germaniam* reversus, *DEO* secundante, fratre præeunte ac cooperante, barbaros feliciter profligavit, desideratis fugitivorum *centum* circiter *millibus*. Ità, post partas tot *coronas civicas*, jam tùm virtu-

ope *Caroli V. Imp.* fratris, ab obsidione *Vienna*, *Solymannum Turcorum tyrannum* reiicit: cæsis barbarorũ *centum* circiter *millibus*.

Romanorum Rex designatur

virtute clarum, & de patria benè meritum, *Carolus Imp.* frater socium regiminis, & laborum, veteri more, asscivit. *Imperiiq́; Electoribus* commendatum, in *Romanorum Regem* evexit. Nondùm decoxerat *Tyrannus Turcicus Vngariæ* invadendæ furores. Undè tertiùm ea parte in *Christianos* prorumpens ferro atque igne sæviit. Sed rabies hæc non fuit diuturna, & ipsum in autorem recidit. Cùm enim *Carolus Imperator*, cum hoc *Ferdinando Romanorum Rege*, instructissimas educeret copias; Barbarus, famâ *Christiani* orbis herôum territus, manûsque conserere haud ausus, non minori cum turpitudine, quàm suorum exitio, fugam dedit.

Denuò tyrannum *Turcicum*, *Vngariam* infestantē, fugat.

Retusis feliciter barbaris, putâsses, pleraque fuisse tranquilla. Sed secùs accidit. *Bohemi* enim rebellantes in caput *Regis* sui arma tulerunt. At non impunè. Victi enim

Bohemos rebellantes domat.

enim ſubjugatique, & privilegiis omnibus exuti, ſunt. Quo facto, pater *Bohemiam Maximiliano* filio reſignavit, in uxorem collocata illi *Maria*, *Caroli Imp.* filia primogenita. Nec multò poſt *Ioannem* iſtum *Sepuſium*, *Tranſylvaniæ Regulum*, recens ex illa parte inſurgentem, tantùm non bello vicit, ſed caſtris exutum, captumque, unà cum uxore, & filio, *Viennam* abduxit.

Cum *Maria*, *Caroli V. Imp.* filia nuptias facit.

Ioan. Sepuſium iſtum denuò inſurgentem fundit capitque.

Tot meritis, & famâ bello partâ, gravis, non ab exceſſu, ſed ſpontaneâ abdicatione, *Caroli V. Imperatoris* illius maximi & glorioſiſſimi, ad *Imperii* ſummam pervenit, digniſſimus tanto fratre ſucceſſor. Quòd igitur partum multiplici bello decus haud fertiliùs, quàm moderationis, pacis, & litterarum, ſtudiis, extendere poſſet. Graviſſimos illòs hoc tempore per *Imperium* cum *Electoribus* & *Principibus Proteſtantibus*, in cauſſa *Religionis*, motûs ſapientiſſimè compeſcuit.

A ſpontanea *Caroli V. Imp.* abdicatione fit *Rom. Imperator*.

rem, verumque *Musagetam*, repræsentaret. Quæ quidem, à litterarum humaniorum cultura & eruditione redundans, commendatio bis auget tanti *Imperatoris* gloriam, & titulos. Ut, præter cæteras *pietatis*, *fortitudinis*, *magnificentiæ*, *liberalitatis*, & *clementiæ*, laudes, illud *Ausonij* hîc opportunè locum inveniat. Quod de *Theodosio Imperatore*, arte & Marte clarissimo, edidit:

Ad imitationem *Theodosii Imp.*

Bellandi fandiq; potens Augustus, honorem
Bis meret, ut geminet titulos: qui prælia Musis
Temperat, & Geticum moderatur Apolline Martem.
Arma inter Cimbrosq; truces, furtoq; nocentes
Sauromatas, quantùm cessat de tempore belli,
Indulget Latiis tantùm inter castra Camœnis.

Fuit *Imperii Austriaci* IVVENTA.

Se-

Austriaci Imperii VIRILIS ÆTAS.

Sequitur *VIRILIS ÆTAS.* Quis autem non agnoscit, superioribus illis annis ferè trecentis, NOVEM è FAMILIA *Archiducali* AVSTRIACA prodiisse IMPERATORES, & quidem non sorte, vel hæreditaria successione, sed sapientissimo *Septemviratûs* judicio, electos? Quæ quidem singularis & magnæ virtutis æstimationem præsupponit prærogativa. Prout enim Virtus, utique divinitatis imago, tantarum priscos apud *Philosophos* fuit virium, Ut veritatem amplecti, & aliis benefacere, autore *Pythagora*, cum deorum immortalium operibus esset comparandum. Ità frequens ista in *Regibus*, *Cæsaribusque*, illis veterrimis *apotheosis* obtinuit. Ut, virtutis & meritorum æstimatione, *Principes*, *Heróesq;*, à morte consecrarentur, & tanquam *Dii* fierent.

Tres ordine sibi succedentes laudati no-

Apud *Politicos* meretur canonem, perhibentes, tùm demùm *Règnum*

Regnum aliquod, sive magnum *Principatum*, constabiliri. Si accidat, ut tres numero *Magnates*, sibi ordine succedentes, virtute valeant. Quis igitur ambigat, post *NOVEM* in *Imperio Romano* ad clavum sedentes, *IMPERATORES AVSTRIACOS*, imprimis tres illos, haud interrupto ordine sibi invicem succedentes, *Maximilianum I.*, *Carolum V.*, & *Ferdinandum I.*, laudatissimi nominis *Imperatores*, & *Heroes*, jam tùm virtute & meritis eò usque *Imperium* cœpisse confirmari? Ut inde usque hûc continua serie, ex eadem divina & amplissima familia, certo DEI OPT. MAX. consilio, porrò quinque numero *Imperatores* emerserint? Annon hæc tot *Imperatorum Austriacorum* electio à tantorum *Herôum* virtute & sapientia nascitur? Annon hactenùs, tenore minimè interrupto, in *Imperio*, & quidem electivo, summæ rerum

minis *Principes* regimen stantumque confirmant.

Quò magis id valebit in *Austrica* familiæ *Cæsaribus*, numero *NOVEM*, & quidē per electionē, sibi succedentibus.

Quibus insuper accedunt ejusdem augustissimi sanguinis & nominis *Imperatores QVATVOR*.

rerum præfuêre OCTO *AVSTRIACI SANGVINIS CÆSARES*, videl. *Maximilianus I.*, *Carolus V.*, *Ferdinandus I.*, *Maximilianus II.*, *Rodolphus II.*, *Matthias*, *Ferdinandus II.*, & *Ferdinandus III.*? Quod sine omni dubio neutiquam usuvenisset. Nisi virtute eminentes, meritis fœti & graves, gloriâ facilè incomparabiles, audirent.

Divinæ *Maximiliani II. Imp* virtutes & laudes.

Quæ cùm ità sint. Ut nemo, nisi invidus aut malignus, neget. Paucis de *Maximiliani II. Imperatoris pietate, virtutibus, ac meritis*, quibus universum *Christiani* nominis orbem implevit, videndum. Quis enim omnes *divini* hujus *principis* laudes, nisi eloquentissimus, & ipse pariter divinus, assequeretur? Paulò antè, virtutes esse divinæ mentis imagines, è *gentilium philosophia*, præmisimus. Hæ si in *Principibus Regibusq;* excellant, ideoque *apotheoses* olim finxêre. Seu quòd

virtu-

virtute, & benefactis, cœlum meruisse putarentur. Seu, præscribente *Senecâ*, *bonitate & justitia dii* fierent. Tanquam post obitûs in cœlum irent, undè venissent. Ità enim de *Iove*, *Baccho*, *Hercule*, itemque *Romulo*, *Scipione*, *Augusto*, aliisque *Cæsaribus*, dùm viverent, præclarê meritis, in commentarios relatum est.

Gentilium herôum *Apotheosis*.

Quanquam autem iste, homines, præsertim defunctos, consecrandi modus omninò venit damnandus. Ità tamen virtutes nos *Christiani* in *Magnatibus* nostris contemplari debemus. Ne DEI, virtutum omnium fontis & datoris, obliviscamur. Cujus illius tris megisti Conditoris sine dubio radium & characterem repræsentavit hic *Maximilianus Imperator*. *Apostolus* omnis virtutis caput vocavit *pietatem*. Hanc inprimis ille, hanc maximè, coluit. Quæ cùm hoc habeat basilicum, ut ad omnia sit

Maximiliani II. Imp. pietas.

utilis,

utilis promissionemque & I
& sequentis beatæ, vitæ co
det, profectò id illi contulit.
imitatione majorum, vera
cognitione illustratus, pote
& opes mundanas sic quider
ministraret. Tanquam DE
spensationis suæ rationes rec
rus. Itâ CHRISTI, munc
demptoris, merita complecte
Ut propriis diffidens meritis,
unicum æternæ vitæ ac saluti
tem scopumque in animis oc
gereret. Bonam arborem
posse non bonos edere fru
sancta nostra inculcant or
Idem in *Maximiliano* fuit evi
Hic enim, more bonæ ar
laudatos dedit fructus. Si qui
bigat, tàm verbis illius, quà
stibus effectisque, faxo, ut
scat. Verba & sermonem es
mi symbola, nemo negat.
pacto, cum vera, & omniu
tissima, illa virtute, nimirùn

tate, radiaret, quid animo ſentiret, verbis ac viva voce expreſſit.

Nimirùm DEO, divinæque *providentiæ*, tàm ſecundis, quàm adverſis, ſub rebus ſe ſe totum credens ac commendans, familiariter, & *Symboli* loco, uſurpavit illud, quod ab *Abrahamo* DEI ſervo, profectum fuit. Cùm *Iſacum* filium unicum, & in hoc promiſſionem credentium, immolare iuſſus, filio, jam jam ſacrificando, ſuper victima interroganti, inter luctum & ſpem, confidentiſſimè reſponderet, *Dominus* UTIQVE PROVIDEBIT. Hoc apparatiſſimo internæ *pietatis* & *fidei* exemplo incitatus & ardens, quam verè DEVM coleret, quàm paternæ DEI *providentiæ* ſe ſuaque intimè crederet, in oculis omnium teſtatum fecit. De *Catone* ſcripſit *Salluſtius*, maluiſſe eum eſſe bonum, quàm videri. De *Maximilia*-

Ejus ſymbolum religioſæ devotionis plenum.

ni fide & pietate hoc dicemus re-
ctiùs. Hic pius esse, quàm videri, *DEO* fidere, quàm rebus in humanis spem ponere, maluit. Quid enim homo, tametsi *Princeps*, tametsi *Imperator*, absque divino præsidio, aut posset, aut vellet? Profectò, quicunque *DEI* opem non implorat, omninò deploratus est. Quicunque divina in providentia & auxilio non sperat, planè desperatus sit necesse est. Absque hac spe & fiducia homo, qui æternam ad vitam servatur, perditur. Ad summam, nihil eo miserius terra nutrit, qui quidem *DEUM* non timet. Hic enim vivus fœter, cadaver, non homo. Longè diversus ab his abiit *Maximilianus Imp.* Ea divinum præsidium complexus fiducia. Ut parùm humanis in actionibus, quantumvis cum prudentia & potentia loquentibus, spei poneret, Nullus quippe mor-

Pius esse, quàm videri, maluit.

ta-

talium, quantumvis consultissimus, consiliorum actionumque susceptarum eventum præstare potest. Tantùm abest, ut vel *Imperator* sine DEI auxilio hostes superare, victoriamque sibi promittere, sustineat. Id interiori fiducia firmiter complexus *Maxilianus Cæsar*, nihil sive boni, sive mali, sibi evenire statuit, nisi quod supremus illè universi *Rector* constituisset. *Imperia* quippe non ignorabat divina providentia fundari, & transferri.

Nullam vim *pietate* vera majorem esse, etiam gentiles inculcârunt olim *Tragici*. Hæc igitur firmis intùs nixa radicibus, non potest non suavissimos edere fœtûs. Se seque palàm tàm adorationis devotionisque cultu, quàm verbis gestibusque, manifestare. Easdem religiosæ *pietatis* demonstrationes edidit *Maximilianus*. Quoties

Religiosæ devotionis documẽta.

tàm verbis quàm gestibus, edidit.

ties enim vel ad mensam, vel lectum, DEVM oraret, precibus suspiria semper miscuit. Quoties signum precum datum est, coràm *Altissimo* in genua procubuit. Ejus rei, inter cætera, vel in castris ad *Iaurinum* & *Comarum*, luculentum dedit specimen. Cùm enim *precum Vespertinarum* tempus in cœnam incideret, ilicet de mensa consurgens, omnium in conspectu, se in terram abjecit. Quoties autem publica peccatorum, voce sacerdotis, pronunciaretur *confessio*, intentos in cœlum semper direxit oculos. Annon hæc veræ *pietatis*, intùs flagrantis, igniculi? Annon hæc indubitatissima religiosæ *devotionis* symbola? De *Theodosio III. Imperatore* testatur *Socrates Scholasticus*, hunc *aulam* suam, veluti *scholam*, instituisse. In qua se suosque ad *pietatem* exerceret. Idem fecit *Maximilianus*

Maximiliani II. Imp. Aula tantùm non *Pietatis*

nus

nus II. Imperator. Hujus enim aula modò non *pietatis Scholam*, sed *Templum*, repræsentavit. In quo *Cæsar* ipse fuit *Pontifex*, sive *Episcopus*, sive *Sacerdos*, sive *Concionator*. Annon, te rogo, hæc vox, quæ sequitur, fuit *Sacerdotis*? Paulò antè, inquam, quàm decubuisset, *Cæsari* gratulari cœperat *Adamus Dieterichsteinius Comes*, *Palatii Cæsarei* præfectus, & consiliarius intimus, quòd annum *climactericum septimum* superâsset. Huic propriâ manu sed hæc in verba *Cæsar* rescripsit, *Omnes utiq; annos sibi esse climactericos.* Quid, inquam, abs tanto *Monarcha* exspectari potuisset religiosius? Quid veræ *pietati* conformius?

Schola, sed *Templum*.

Omnes *annos* dixit sibi esse *climactericos*.

De *pietate* paucis delibatum est. Sequitur, ut de animi *moderatione*, *mansuetudine*, *justitia*, & *patientia*, breuiter videam⁹, *pietatis* cōsectariis.

Quis autem nescit, *pietatem*,

tatem, utique virtutum omnium basin, *dilectionem proximi*, *animi moderationem*, *pacisq; amorem*, tanquam corpus umbram, spargit, gignere? Indè est, ut, cùm in divina *providentia* totus acquiesceret, singularem ostenderet *animi moderationem.* Qua quidem in adversis *constantiam*, in secundis *temperationem*, declaravit. Cùmque in *dilectionem proximi*, *pacisq; amorem*, ferretur, haud ignorans, *beatos* apud sanctam paginam dici *pacificos.* Etiam hoc in *pietatis* genere quantus esset, non uno specimine testatum reliquit. Glisce-bant ea adhuc tempestate ob *Religionis* per *Imperium*, nuper ab unitate in binarium abeuntis, superioris belli, cum *Electoribus Saxoniæ*, & *Principibus* dictis *Protestantibus*, gesti, scintillæ; nondùm penitùs extinctis partium odiis. Hic, cùm, in tanta animorum exulcera-

Pietas, virtutum tutissima & optima, nunquam incomitata & sola.

Sed plerùmque *pacis amans.*

Hac præeunte PACIFICATIONEM RELIGIOSAM, à

ratione, *Ferdinandus Imp.* pater, sapientissimis maturæ moderationis consiliis provectus, *Religionis Pacificationem* nuper constituisset. Qua quidem saltèm non gravissima civilium bellorum discrimina feliciter composuit. Sed ipsis simulatque animis, commendatæ moderationis beneficio, pacem laudabiliter conciliavit. Nihil prius, nihil antiquius, habuit *Maximilianus*. Quàm ut, post sedatos exitiales id genus motus, *Rempublicam*, commodè, pacatam tranquillaret. Quo quidem nomine, dùm ipse *Cæsar* modò non intellexit, sed etiam profiteri cœpit, *Nullum gravius esse peccatum, quàm conscientiis imperare velle.* Effecit, ut *Ferdinandi* patris *moderatio*, novissimo *Maximiliani* filii *temperamento* corroborata, omne ferret punctum. Hoc est, pacis bonitatem cum seculi & *Imperii* tran-

Ferdinando Imp. patre sancitam, confirmavit.

quillitate, tanquam *utile dulci*, misceret. Quanquam autem non deessent, qui in *Ferdinando* patre pacis studium, hoc in *Maximiliano* filio *moderationem*, tùm temporis fortè carperent. Nihilo-minus, cùm *Imperij procerum* mentes, in caussa *Religionis*, eò usque exulceratæ & distractæ essent. Ut nulla consensionis spes, nulla remedii certitudo, affulgeret. *Imperator*, morbo desperato medicinam suadere quidem potuit, applicare & sanare non potuit. Ne igitur *Imperium*, sub tàm fatalibus partium odiis, prorsus dissolveretur, cùm ne quidem animos flectere, multò minùs emendare, sustineret, per mutuam conciliationem & tolerantiam, seculum tranquillavit.

Ferenda sunt, etiam in caussa *Religionis*, quę mutari non possunt.

Celsus, quem *Latinum* vocant *Hippocratem*, præstare, inquit, remedium ullum, & anceps, quàm nul-

nullum. Et novimus eos, qui desperatè & sub prognostico laborabant, quandoque sanari cœpisse. Idem ferè hîc evenit. Ut, dùm ea, cujusmodi non emendari poterant, ferrentur, communis *Imperium* respiceret sanitas & quies. Hoc pacto cùm aliâs, tùm inter ingentia illa & capitalia, super *Religionis* controversiis, certamina, cujusmodi inflammatas tàm *Procerum*, quàm vulgi, mentes prorsùs irritabant, eam interposuit mansuetudinem, & lenitatem. Ut homines, sapientia, moderatione, & multiplici doctrina, instructos, vocaret, consuleret, audiret. Eosque verbis *Cæsare* dignis obtestaretur. Irent, & non, secundùm multorum, disceptationes odiosas foventium, capita sententiam dicerent. Sed, adhibito commendatæ moderationis studio, ea duntaxat, quæ ad divini no-

Præstatq; pax ulla, quàm nulla.

nominis gloriam, & populi salutem, faxint, prospicerent. Neque ipse *Imperator* aliter fecit, ac dixit.

Maximilianus II. Imp. moderatissimus.

Quòd enim firmiter animo cõplexus esset, DEVM OPT. MAX. *moderata* probare, *immoderata* aversari. Proprio exemplo, id est vita & moribus, maluit ad *moderationem* aliis viam monstrare, quàm legum autoritate uti. De *Q. Fabio Maximo* notum est, eum, à morum clementia, *Oviculam* dictum, res *Romanas*, sub *Hannibalis* ferocia & felicitate periclitantes, *cunctando* restituisse. Undè *Cunctatoris* quoque nomenclaturam obtinuit. Idem fecit *Maximilianus*. Nimirùm, dùm pleraque per *Rom. Imperium*, paulò antè œcumenicis *rusticanorum tumultuationibus*, mox *Religionũ* bifurcatæ certaminibus, essent conturbata, inquietata, ac saltèm non eversa, *sedendo*, ac moderatissimè *consulendo*, gravissimas seculi collisiones com-

Q. Fabius Maximus à morũ clementia dictus *Ovicula*.

Eadem *Maximiliano II. Imp.* convenit nomẽclatura.

compescuit ac sopivit. *Medici* hanc quoque legem ex præscripto tenent. Ut, quibusdam in ulceribus, sive morbis, qui ab malignitatem tangi nolunt, quietem inculcent, ne malum irritetur. Idem fecit *Maximilianus Imperator*. Cùm enim, si crudelis esse voluisset, urere & secare potuisset, maluit per fomenta procedere. Cùm movere & irritare potuisset, quietem prætulit.

Plutarchus, in vita *Numæ*, commentatur, *Aemiliam* gentem *Romanam* ἀπὸ τῆς αἱμυλίας id est, à venustate, sive humana urbanitate, nuncupari cœpisse. Eò, quòd è disciplina, sive contubernio, *Pythagora* hanc hausisset mansuetudinem. *Rexq;* eo nomine illius expressisset humanitatē, sive pacis studium. Pariter, quis neget, *Archiduces Austrios*, tanquā minimè ἀυστηρὲς, sed *Aemylios*, è *pietatis* studio, etiam *moderationis, pacisq;*, studium amplecti?

Austriaca Archiducū prosapia κατ' ἐξοχὴν dici meretur *Aemylia.*

Plato, animorum bonitatem per metalla declaraturus, *ferrum* dixit eo esse vilius, quò durius esset, *aurum* verò nobilius, quia mollius. Hoc sensu nobilissimus fuit *Maximilianus Imp.*, quia mansuetissimus, humanissimus, moderatissimus. Neque enim ab hac singulari mentis lenitate quibuscunque in casibus unquam recessit.

De præfato *Numa Rege* testantur scriptores, ejus lenitate opus fuisse. Quò populus post *Romulum*, belli autorem, ferox religione emolliretur. Consimiliter *Maximilianus Imp.* seculo, bellis & dissensionibus conturbatissimo, ideoque datus erat. Quò moderatione & benignitate sua truces animos mitigaret, duros inflecteret.

Titi Vespasiani & Maximiliani II. cõparatio.

De *Tito Vespasiano Imp.* prædicat *Suetonius*. Eum, tàm majestate, quàm gratiâ, pollentem, eo studio omniũ promo visse vollũtates. Ut in hæc la-

ctea:

&tea prorumperet verba: *Non oportet*, inquit, *quemquam à sermone Principis tristem discedere.* Undè *amor*, & *deliciæ, generis humani* audiit. Idem si in quenquam alium, certè in *Maximilianum II. Imperatorem*, quadrat. Hic enim pariter & *majestate*, & *comitate*, præfulgens, neminem, dùm per valetudinem licuit, ab aditu & sermone removit. Neminem, tametsi haud omnium cupiditates explere posset, non nisi sub responso benignitatis pleno, dimisit. Ut promptiùs subditorum querelas & libellos admitteret, quàm illi porrigerent. Neque desunt autores fide digni, qui sanctè testantur, nullum ex ore tanti *Principis* verbum prodiisse, nisi mite, lene, & moderatum. Ut, si hic *Maximilianus moderatus* non fuisset, nemo sit exspectandus unquam. Usque ea, ut κατ' ἐξοχὴν ipsum dici mereatur *æquilibrium*. Undè incomparabile illud

Maximilianus II. Imp. Amor.

non minùs assecutus est ab omnibus bonis elogium. Ut pariter *AMOR, ET DELICIÆ, HUMANI GENERIS* nuncuparetur.

Præter eam, & quidem singularem, animi *Moderationem*, qua nulli privato, in dignitate constitutò, cessit, memorabilis fuit ejus *Fortitudo* & *Clementia*. Quibus saltem non hostes, sed semetipsum, vicit: Cujusmodi victoria est omnium maxima. Exemplo res fiet clarior. Nimirùm, ab excessu *Ferdinandi Imp.* patris, eò usque rebellare cœperat *Ioan. Sigismundus, Daciæ Regulus*. Ut per vim, & fraudem, *Maximiliano II. Imperatori* U*ngariæ Regnum* eripere laboraret, solicitatis ad defectionem *Regni* proceribus. Audacia cùm non deficeret, vires & potentia, defecêre. Hinc *Turcos, Scythasq;*, quos vocant *Tartaros*, in auxilium advocavit, sceleri suo patrocinaturos. Enormissimè læsus provocatusque *Cæsar*, hac

Ejusdem *fortitudo*: Qua *Daciæ Regulum* vicit.

ſub adverſa belli tempeſtate, *eam* animi conſtantiam, fortitudinemq; declaravit. Ut modò non *Dacos*, *Turcos*, *Scythasq;*, per latus fortiſſimi illius ducis ſui, *Lazari Svvendii*, ſuperaret & retunderet: ſed ſemetipſum vinceret. Quippe *Daciæ Regulum*, bello victum, ſub prompta injuriarum oblivione, in gratiam modò non recepit. Sed, addito huculento beneficio, eundem *Tranſylvaniæ Principem* conſtituit. Gratulabatur ſibi apud *Virgilium Lauſus*, quòd magni *Aeneæ* dextra caderet, alius, quòd telo *Camillæ* periret. At fortunatos hoſtes, qui in *Maximilianum Imperatorem*, victorem magnum & ſapientem, incidiſſent. Hi enim haud periêre, ſed ſervati, immò ingentibus beneficiis affecti, ſunt. Audite enim, quod ſequitur, ſi non grave eſt. Poſtquàm præfatus *Daciæ Regulus* à benigniſſimo *Cæſare*, beneficii loco, *Tranſylvaniæ Principatum* accepiſſet, vitio mentis huma-

Clementia: Qua hoſti beneſecit.

humanæ, etiam ulteriora per legatos, nempè *Clivia Ducis* filiam, *Cæsaris* è sorore neptem, in uxorem petere nullus dubitavit. Quid verò *Cæsar*? Neque hanc, inquam, negavit interioris benevolentiæ partem. Et, cùm molestas potuisset reiicere preces, admisit. Immò datâ omni operâ precantis vota adjuvit.

Ut, nisi mors importuna interposuisset *tumulum*, ex animi sententia *thalamo* uti frui potuisset. Annon hoc illud erat, quod apud *Petronium* profitetur *Eumolpus*, *omnem animo sine cicatrice delere scabitudinem?*

Hac singulari annimi *lenitate*, & *clementia* provectus, cùm cives servaret, etiam hostes perdere noluit. Et, quod de *Alexandro Severo* prædicant annales, *imperium* & regimen habuit *incruentum*. Hoc pacto cùm maleficos, quos leges damnâssent, servare nequiret. Ità tamen rigorem *Iuris* temperavit clementiâ. Ut illi,

illi, qui pœnam luerent, etiam beneficium jactarent. Undè nullius unquam vox cognita, qui quidem injustè secum quereretur actum, ubi optimus mitissimusque *Cæsar* caussam inspexisset.

Quanquam autem in victu *frugalis*, & *sobrius*, esset. Ut rarò, dùm valeret, mensam ultrà horam extendisse sit compertus. Nisi fortè de rebus sive *Theologicis*, sive *Philosophicis*, sermones sociaret. Nihilo-minùs ergà *pauperes*, & *benè meritos*, eam declaravit liberalitatem. Ut, tametsi omnium, in tanta aulicorum multitudine, avaritiam & cupiditates non expleret, tamen inexhaustos ostenderet benefaciendi fontes, in alios munificus, in semetipsum parcus. Audita enim ejus vox, qua, nullam à se, corporis exornandi causâ, gemmam emptam fuisse, prodidit. *Frugalitas*. *Liberalitas*

His, aliisque, duce *pietate*, *Maximilia-*

milianus Imperator præditus virtutibus, sic quidem *vitam* transegit, ut perpetuò *mortē* meditaretur. Quoties enim diuturnam vitam precantes audiit, toties excepit, *Sibi quidem satis diuturnam fore vitam, tametsi brevem quam divino è præscripto utiq; esset impleturus.* Et cùm *de vita æterna, & animæ immortalitate*, sæpissimè saltèm non sermocinaretur, sed ipse sacrosanctos codices evolveret, immò ipse *scriberet*, accommentaretur. Factum est, postquàm *Cordis palpitationibus* aliquam multis ab annis *affligi* cœpisset, ut illum, sub ipsis *Imperii comitiis*, quantumvis occupatissimum, mors inveniret minimè imperatum. Vitam igitur mortalem cum immortali, regna terrena cum cœlesti illo regno, permutaturus, in solo & *unico D. & S. N.* CHRISTI *merito* acquievit. Hocque sancta, firmaque fide unicè intimèque com-

Assidua mortis meditatio.

In ipsis *Imperii Comitiis* in cœlū ad præmia evocatur.

complexus, beatam cœlo animam, undè venerat, reddidit.

Iam pridèm confirmatum erat *Austriacis Imperii* regimen. Idque non tàm successione, quàm electione, ob virtutis & meritorum æstimationem, Cùm, ab excessu *Maximiliani* II. patris, in *Imperii*, virtutum, meritorumque, possessionem venit *Rodolphus* II. filius. Summumque illud in terris, post DEVM, multisque triumphis illustrius, bonum, *pacem* videlicet, non tàm plenis velis occupavit, quàm conservavit.

Rodolphus I. *Imp.* inplenam pacis, à *Ferdinãdo* I. *Avo*, & *Maximiliano* II. *parente*, partæ, venit possessionem.

Multùm dissimilis erat hæc ætas, qua *Rodolphus* II. summæ rerum, ab antecessoribus *Austriacis* confirmatæ, præerat, ab ea, qua olim annos antè trecentos *Rodolphus* ejus nominis gentisque *primus*, *Imperium*, variis scissum laceratumque motibus, divinâ mo-

Aureum sub *Rodol-*

pho. I. Imp. moderante providentiâ, acceperat.
Seculum. Inque ordinem, & statum pristinum non sine bello & certaminibus, redegerat. Hoc enim imperante, post *ætates* verè *ferreas*, *aureum* mortales revisere cœpit *seculum*. Ut per gloriosissimorum majorum, *Caroli V.*, inquam, *Ferdinandi I.*, & *Maximiliani II.*, *sapientiam*, *fortitudinem*, *moderationemq́*, feliciter tàm in *Ecclesiasticis*, quàm *Secularibus*, constituta pacificatio, sub isthac morbosa mundi senecta, non simplici cum gaudio omne inundaret *Imperium*. Alij *Cæsares* ideoque bella gessêre, ut pace fruerentur. Pax enim belli finis & scopus. Alii tot laboribus, difficultatibusque, obviàm iêre, quò quiete ac tranquillitate gauderent, tædiorum præmio. At hic *Rodolphus Imp.* (quod nedùm *Divo Augusto*, qui primò bella gessit, postmodùm pacificavit orbem, contigit) pacem armis quærere minus debuit. Sed

im

in illius, jam partæ firmatæque, plenam venit possessionem. Cùm *Rodolphus* ille *primus*, *Austriacæ* familiæ plantator, divina benedictione ab *Electoribus* ad *Cæsareum* vocaretur fastigium. Quippe post octodecim, vel ut alii volunt, viginti duorum, annorum interregnum, ab excessu *Friderici II. Imp.*, diversi *Imperium*, tàm civilibus, quàm externis, motibus convulsum, lacerabant proci, nullus afferebat *Imperator*. Ab hac parte *Conradus IV.*, *Sueviæ Dux*, ab illa *Henricus*, *Thuringiæ Hessiæq́ Landgravius*, ab alia *Guilielmus*, *Hollandiæ Comes*, tanquam super *Penelopes* apud *Homerum nuptiis* dissidentes *proci*, miseram lacerabant *Germaniam*.

Impp. Rodolphi I. & II. comparatio.

Hæc præda, sive, quod dicitur, in turbido piscatura, invitavit quoque *Alphonsum Hispaniarum*, & *Richardum Angliæ*, *Reges*. Uterque ut peregrinis imperatorium illud culmen appeteret copiis. Cum his omnibus,

nibus, inprimis calamitoſa *Imperii* facie, pugnandum erat *Rodolpho primo.* At quantò melior *Reipublicæ* ſtatus ſub *Rodolpho II.* illuxit? *Quatuordecim* ille conficere debuit *bella*, antequàm pacaret *Imperium.* Tametſi igitur, DEO ſecundante, toties extitit victor. Quis tamen non agnoſcit, immenſis tot prælia ſuperari debuiſſe laboribus & periculis?

Quem fugit, tot procellis ac fluctibus agitatum *Imperii* corpus tàm citò, velut è fermento, vix redire potuiſſe ad conſiſtentiam? Hic autem, quod ingens fuit DEI beneficium, minimè *pacem bello* quærere, aut hoſtibus extorquere, debuit. Sed, per *Maximiliani* patris auguſtiſſimi manûs *pacatum* tranquillatumque *Imperium* accepit. Parique *pietatis*, *juſtitiæ*, *clementiæ*, & *benignitatis*, laude complures per annos conſervavit. Si nunc, *Poeta* profante,

Non minor est virtus, quàm quærere, parta tueri.

Per fidem ingens & incomparabilis facilè vel hinc dilucescit *Rodolphi II. sapientia, virtus*, atque *industria*, nec minor *felicitas*. Quibus partam ab augustissimis illis majoribus suis *pacem* huic *Imperio*, alioquin multis motibus tropicisque obnoxio, diu atque diu, sine discrimine, tueri didicit.

Rodolphus II. Imp., singulari usus *sapiētiā & industria pacem* nō destruxit, sed diu conservavit.

Pacem, olim *Imperio* per *Augustum*, *Imp.* optimæ notæ, conciliatam, qui *Iani* templum propria manu pręclusit, significantissimo veræ pacis iudicio. Post *Tiberiū, Caligula, Claudius*, & *Nero*, monstra ista, sceleribus flagitiisque polluêre. *Imperio* decus, per *Flavium*, & *Titum, Vespasianos*, quæsitum, infamia sua destruxit *Domitianus*. Gloriam rebus *Romanis* à *Pio*, & *Marco*, *Antoninis*, amplificatam, nunquid *Commodus*, impurior *Nerone*, sævior *Domitiano*; inquinavit? Nunquid fœditate

ditate sua *Heliogabalus* inc
Constantini Magni merita &
Constantinus II., *Constans*, &
tius, decoxêre. *Caroli Magni*,
vici pii filii, famam degene
vit *Lotharius*. At noster ill
phus II., gloriosissimis ma
suis virtute & sapientia par
jam tùm pace fruentis, maj
non diminuit, sed auxit, a
tem splendoremque non fr
provexit, sed cumulavit.

Apud *Aurel. Victorem*, a
minimè trivialem, extat:
quasi naturæ lege, & crebr
quam de industria, usuver
mali è bonis, *agrestes à doctior*
cæteri consimiliter, nascan
deò, ut, velut *Spartianus* annu
plures olim è sapientibus
rint, *Utilius* esse, *liberis caru*
rùm enim verùm, prout n
absque exceptione canon
in *Austriacis Imperatoribus*

Valgò è bonis mali. At Apud *Principes Austriacos*. non nisi optimi ex optimis nascuntur.

fallit regula. In quibus, ex optimis, quasi inversa naturæ lege, non crebrò, sed identidem & creberrimè, *nascuntur optimi*. Quis enim negabit, è *Maximiliano* parente, *Imperatore* splendidissimo optimoque, prodiisse *Rodolphum* filium, *Imperatorem* pariter optimum mitissimumque? Qui, dùm armorum strepitus, & belli artes, desæviissent, ad *Musas*, & optimarum litterarum *studia*, conversus, *aureum* suo tempore aperuit *seculum*.

Artium & Academiarum sub *Rodolpho. II. Imp.* halcyonia.

Quo saltèm non *Gymnasiis*, & *Academiis*, optata jucundaque præbuit *halcyonia*. Verùm ipse animum sic quidem disciplinis *Mathematicis* applicuit. Ut sub illustrium diæta magistrorum, per sphæricas admirabilium machinarum inventiones, cum *Ptolomæo, Archimede, Alphonso Rege*, immò ipsomet fabuloso *Poëtarum Atlante*, certare posse videretur. Rectè annotavit *Cicero* in *Bru-*

Hic *Cæsar* disciplinarum *Mathematicarum* callētissimus.

to, five de *claris oratoribus*: *Athen*
primùm *bellis* inclaruisse. Dein
dicendi artes & eloquentiam exc
se. Hæc enim *studia* pacem, &
spublicas benè constitutas, co
ri. Idē *Rodolpho* II. cōgruit aptis
Etenim hic sub optima altiss
que pace *Imperium* non calcar
sed habenis, inflectens, opt
proprio exemplo *leges*, *artes*,
staque studia, per tot annos f
excoluit, amplificavit. Ut, q
de *Numa Rege* fertur, eum, ob
tatis, religionisque, revere
am, nullos sua tempestate sen
hostes, etiam *Rodolphus II. Imp. n*
nis, majestatis, autoritatis, clementi
pientia, & *moderationis*, æstimati
consequeretur. Ut tàm domest
quàm externis, præscriberet ven
tionem & obsequium. Neq
quopiam facilè armis lacessere

Quanquam verò hoc mite
perii regimen suum in compendi
trahere. *Ungariamq;* suo more g
V

viùs inquietare, auſi eſſent *Turci*. Eventus tamen oſtendit, iſtam barbarorum colluviem non impunè provocâſſe. Quod enim *Syneſius* olim non temerè conſignavit, *bellicoſum* omnium *maximè* eſſe *pacificum*. Hîc vice verſa de *Rodolpho* enunciare fas eſto. Nempè hunc *pacificum* fuiſſe non minùs *maximè bellicoſum*. Quippe *Sultanum Turcicum* temerè laceſſentem feliciter ultus in *Thraciam* rejecit. Ità *pacem* rectè coluit, dùm *pacis turbatores* ritè compeſcuit. Ita *pacē externā* per *trigintà ſex annos*, quibus *Imperio* laudabiliter profuit, provexit. Dùm *internæ* illius *pacis*, & animorum recōciliationis, in cauſſa *Religionis*, vincula, per *Paſſavinā tranſactionē*, & ſubſequentē *Pacificationē Religioſā*, nuper ſancita & firmata, nō diſſolvit, ſed intacta cōſervavit. Sic *aurea*, & fabuloſi iſtius *Saturni* ſeculo melior, hoc ſub *Rodolpho Imp.* floruit *ætas*. Quę meritò, tanquā ſummū & ſingulare DEI beneficiū, *Germania*,

Sub XXXVI. annorum *Pace*, nihilo minùs laceſſentes coërcet *Turcos*.

nuper exhibitum, censeri c
Rodolphi II. Imp. ἐυθανασία — Ubi igitur bonum illud cœle *cem*, per tot annos *Imperio* gl confirmâsset. Toties ab *Augu* expetitam, in CHRISTO consecutus *ἐυθανασίαν*, cùn *ficè vixisset, pacificè* ex hac vita lites *emigravit.*

Parasceve ad *Matthiæ I. Imp.* regimen. — Cæterùm, cùm illud sit, p te *Tacito*, præcipuum *annaliu* nus, ne *virtutes* sileantur. De *vis dictis factisq;* è posteritate famia metus sit. Hoc pacto pacis sub *Rodolpho II.* benefi dimus. Eorumque *Imperatoru*

Et motûs Bohemicos. — *striacorum virtutes*, qui è bellis extraxêre, seculoque fruenda dêre, obiter ac succinctè del mus. Iam porrò illos non min *sares* ejusdem *Austriaci* san contemplabimur. Quibus, excussaque *pace*, *arma* denuò i cœpêre. Quò isti, qui præ impotentia, tantum cœli de

tum ferre nequeunt. Rerumque novarum studio pleraque tàm divina, quàm humana, conturbant. A posteritate, ob ingenii labem, vituperium metuant.

Jam-pridèm, *Rodolpho* adhûc vivente, rebus secundis affluentibusque, ceu fit, plerique luxuriare videbantur *Imperii Proceres*. Ut animis, pacis prodigis, furtivum recoquerent bellum. Semel enim *scissum*, sub *Religionis binario*; *Imperium* coire quidem poterat, coalescere vix poterat. Hinc opportuna ac crebra diffidentiæ materia. Et, quod de *Pompeio* & *Cæsare* olim edidit *Lucanus*, de *Catholicis* & *Protestantibus* auditum. Illi siquidem prout haud ferebant *pares*, ità hi non patiebantur *priores*. Hęc lenta megistanum *tabes*, *æmulationis plena*, aliquousque veluti sub cineribus tegi ac gliscere cœpit. Donec in aulis, hominum circulis, & compitis, immò publicis *Imperii*

Fontes belli civilis *Bohemici*.

Ordinum ImperiiCatholicorum super *Protestantibus* Querelæ.

comitiis, proruperunt querelæ, cationibus finitimæ. E quib quidem objecêre *Catholici.* rùm *Protestantes Pacificationis Religiosa* canones saltèm non per habere. Sed etiam, advers ges ac pacta, *Magdeburgensem mensem, Halberstatensem, Verd Osnabrugensem, Mindensem, Lu sem*, Ultra*jectinum, Caminensem rinensem, Brandeburgicum, Rat gicum, Schlesvvicensem, Havelb sem*, & *Monasteriensem, Episco* itemque *Hirsfeldensem, Valqu nam, Ritterrhusianam, Steni Waldsassensem, Königsbrunn Quedlinburgicam* & *Veringerod Abbatias*, aliaq; id genus *bona E stica*, invasisse & occupasse. nomine ejusmodi beneficioru capaces. Dùm relictâ *avitâ Re novam* pepigissent *Confessionem* jorum institutis adversantē. nō minùs, suprema *Imperii* tri

lia ſubterfugiẽdo, *Cameræ Imperialis* eludere decreta ac ſententias. Tędioſumque litium ducere funiculum.

Ord. Proteſtantium Querelę in Catholicos detortæ.

Ex adverſo, *Proteſtãtes* cauſſabãtur. Nempè *Cameralis Dicaſterii* cauſas, earumq; *Reviſiones*, unà cum dependentib9 illinc *Catholicorũ* poſtulatis, ad ſoli9 *Pacificationis Religioſæ* ſyſtema neutiquã verò ad *Imperiale* illud tribunal, ſpectare. *Sed Ordinũ* poti9 arbitrio, ex ęquo & bono, per amicabilẽ lites finiẽdas venire compoſitionẽ. His adjecêre: Nulla ſeſe prohiberi lege, quò minùs in *Monaſteria*, intra uniuſcujusq; territoriũ ſita, per reformationẽ animadvertãt. Manifeſtã præterea redolere iniquitatẽ, dũ pleriq; apud *Aulã Cæſarea*, & *Spirẽſis Cameræ*, dicaſteria, judices *Pontificiã* profiterẽtur *Religionẽ*, *Proteſtãtiũ Cõfeſſioni* adverſantẽ. Omninò igitur ęquitatẽ ſuiſmet verbis poſtulare. Ut pari numero utriusq; *Religionis* conſtituantur aſſeſſores, pro conſervando juris & juſtitiæ æquilibrio.

His, & id genus, interp
utrinque querelis, jacta eran
belli civilis semina. Cùm, *Ro*
tertis valedicente, *Imperii*
Electorum judicio, ad *Matthiam*
dolphi fratrem, pervenêre.
sum adhûc erat floridumqu
datissimi hujus *Cæsaris*, summ
Electorum, *Principum*, *Ordinu*
plausu solennissimis cerem
inaugurati, in *Imperio* regimen
foris pleraque plenam ac fi
promittere viderentur: pa
Sed intùs *æmulatio* & *livor*
tùm stabulabantur. Postea
è bello *Iuliacensi*, inter *Philippu*
Hispaniarum Regem, & fœd
Belgii Ordines, suffragantibu
Imperium Protestantibus, gesto
tillæ ipsum penetrarunt in
rium, suo tempore incendiu
rituræ. Neque diu, sensim coll
hic latuit fomes, per *Alisatiam*
modò prorumpens. Ubi eni

Hinc *belli ciuilis* semina.

Ejusce rudimenta, & paroxysmi, per *Iuliacum*,

Et *Alisatiam*.

tùm plerique *Imperii Magnates* se-cessissent in partes. Natumque *Protestantium* fœdus sub *Friderico V. Electore Palatino* inauspicatam sortiretur UNIONIS nomenclaturam. Pari contentione *Electores Principesq; Catholici*, sub *Maximiliano Bavariæ Duce*, *LIGARIANAM* dictam pepigêre *Societatem*.

Hinc Fœdera intrà *Imperium* periculi plena, *VNIONIS*, & *LIGÆ*, titulo venientia.

Sic incalescentes diffidiis *Procerum* animi ineuntis per *Alsatiam* belli primum dedêre specimen: pullorum columbinorum more, alas initiò, donec volare discant, vibrantium. Deerat igitur votis prægnantibus caussarum irarumq; *civile bellum* accendentium, maturitas. Quæ dùm spatio opus habet, interim hæc initialis deferbuit ebullitio. Et quàmquam penes *Donovverthum Bavarus*, penes *Udenheimium*, sive *Philippiburgium*, *Episcopus Spirensis*, turgentis belli materiæ unum alterumque præberent

Turgentis belli indicia apud *Donavvertham*, & *Philippiburgium*.

paroxysmum. Vera tamen mali exacerbatio usq;in motûs *Bohemicos*, intrà *Pragam* nascentes, differri cœpit.

Mox *Matthia Imp.* absentivo, adulta & matura apud *Pragam* exardescit civilium bellorum lerna.

Hîc ubi *Regni Proceres*, æquè *Religionis* dissidiis flammantes, jampridèm in visceribus collectam præparâssent virulentiam. Eò usq; labem istam texére. Donec, *Matthiæ Imperatoris*, rerum *Ungaricarum* caussâ, *Viennam* proficiscentis, sub absentia, opportunam res novas agendi captârunt occasionem. Quòd igitur *Protestantes*, freti litteris *Majestaticiis*, ædem *Brunaviæ* erexissent, inconsulto ejusce loci *Abbate*. Accidit, ut autores, fabricæ caussas reddere, clavesq; contradere, detrectantes, ad *Abbatis* querelas, jussu *Cæsaris*, in custodiam mitterentur, templumque è fundamentis destrueretur.

Hæc fabula apud *Regnum Augustanæ Confessionis Proceres* eò usque irritavit. Ut, absentivo *Cæsare*,

in-

intrà aulam *Pragensem*, cum dynastis *Catholicis*, *Cæsaris* consiliariis, per altercationem & intemperantiam abrepti, præeunte *Turriano Comite*, *Guilielmum Schlavvatam*, *Cameræ Bohemicæ* præsidem, *Iaroslaum Borziramum*, *Regni Mareschallum*, itemq; *Philippum Fabricium*, secretiorum libellorum magistrum, prout erant gladijs succincti, pallijsque circum amicti, medios arreptos è fenestris patentibus vi injecta proturbarent. Sic per fenestras illas *Pragenses*, *pace furcillis* velut *ejecta*, homicida ac furens intravit *Mars*. *Proceresque*, metu prævaricationis ac pœnæ, faces præferente *Turriano*, ilicet classicum canere, militemque cogere, cœperunt. Iacta erat *belli vagrandis*, *civilis*, immò *œcumenici*, alea. Cumque *Rodolphus II. Imp. Augustus* pacem *Imperii*, per manûs gloriosissimi parentis *Maximiliani II. Imperator*. acceptam,

Illic enim *Pax*, per regiæ *Aulæ* fenestras, ab *Ordinibus Regni* tumultuātibus, projicitur.

 ultrà

ultrà *integros triginta annos* feliciter extendisset. *Bohemi*, odio sociorum, *Catholicam Religionem* profitentium, succensi, in caussa fuêre. Ut, adjuvantibus hocce choragium *Germaniæ Magnatibus*, ingens, diffusum, latè serpens, & fermè *irreconciliabile*, *bellum* ad *integros triginta* extraheretur *annos*. Tantùmque non diuturnitate & spatio *pacis intervallum* adæquaret.

Omina, & prodigia, bellum fatale, ingens multiplexque, designantia.

Notatu dignę hoc tempore pręcesserant sub liberis *Imperii* civitatibus *tumultuationes*; videlicet *Francofurto*, *Vormatia*, & *Aquisgrano*.

Tumultuatio *Francofurtensis*.

Ut etiam adversus *Cæsaris* edicta vultum elevans fex plebis *Senatum* loco moveret. Opificesque proletarios honestissimis *Curiæ* officiis præficeret. Et jam adolevisset vitium, latiùs labem utique sparsurum. Nisi maturè à perduellibus apud *Francofurtum* sumi cœpissent pœnæ. Quo restincto furore, & qui-

quidem primitivo, mox, fermenti instar, apud cæteras seditio detumuit civitates. Quid tot *prodigia*, & *monstra*, loquar, *cœlo*, *terris*, *aquis*, & *aêre*, ostensa? Cujusmodi non nisi ingentem mortatibus designavêre cladem? E quibus facilè chorum ducunt horridus *Cometæ*, aliâs *regnorum eversoris*, aspectus. Itemque inaudita facilè *Plursii*, *Rhetiæ* oppidi, per avulsum montis scopulum, oppressio. His accessêre diversis *Germaniæ* partibus *Terramotûs*, *Pluviæ sanguineæ*, *Aquarum exundationes*, *Fluminum exsiccationes*, *Tempestates*, & *Incendia* insolita, *Aves peregrinæ*, *Murium* diversicolorum agmina, *Cete* grandia, & *Hominum* œstro correptorum *vaticinia*. Quæ omnia, velut digito, instantem *fatalemq́ue* demonstrârunt calamitatem.

Cometa.

Plursii, Rhetiæ oppidi, à monte oppressio.

Prodigia, & Vaticinia, varia.

Hæc minimè procul veniebat accersenda. Eò quòd jam pridèm, in caussâ *Religionis*, disidentes *Ma-*

gnatum per *Imperium* & *Germaniam* mentes, post periculi plena utrinque pacta *fœdera*, nihil nisi *bellum* spirarent. Cujus jam *Bohemiæ Proceres* manifesta apud *Pragam* introduxerant *Præludia*, Dùm enim, non obstante *Matthiæ*, *Cæsaris*, tùm quidem absentivi, edicto, *Protestantium Confessionem* amplectentes *Bohemiæ Ordines* propria autoritate *Regni comitia* aperiunt. Et id genus alias ob *prævaricationes* per *Cæsaris* consiliarios reprehensi, graviùs efferantur. Usque eò intemperantiæ abrepti. Ut injecta manu dehortatores illos è *fenestris* præcipitarent. Tàm enormi facinore plus peccatum esse videbatur, quàm *Cæsar*, tametsi mitissimus, citrà pœnæ irrogationem, condonare posset. Sic conscij prævaricationis *Ordinum Protestantium* animi, desperatâ facti veniâ, in *fatale* impegerê *bellum*. E quo, temerè & confidenter moto,

to, ad pacem non nisi difficilis & tardus patuit regressus.

Præventa erant magnorum *fataliumq; motuum principia.* Et, cùm semel classicum canere, armaque rapere, furor iussisset. Idem, metu mistus, delicti persuasit pertinaciam. Ità noxam noxa, aliamque prevaricationem alia, trusit. Cùmque hoc habeat intemperantiæ morbus, ut regi nolit. Mox inventa ratio: Qua tàm vis, manuumque ista injectio, quàm manifesta contrà *Cæsarem* conclassatio, sub prætextu *Religionis* utique speciosissimo, publicatis in modum *Apologetici* tabulis, excusari cœpit. Neque isthoc satis. Ubi enim *Cæsar edictum*, pro placandis *Bohemiæ* motib⁹, *Pragã* dimisisset, illic publicandum. *Turrianus*, & socii *Ordines*, modò nõ publicationẽ *Cæsarei* illius rescripti inhibuêre. Verùm enim verùm novum, & quidem suum, ex transverso, more regio, publicavêre edi-

Ordines Bohemiæ Matthiæ Imp. & Regis sui resistunt Edictis.

Patres Societatis proscribunt.

edictum. Quo *patres Societatis*, ilicet è *Regno* exterminandos, proscripsêre. Dicta fuêre cum eventu! Tametsi enim codicillis, moderationis plenis, caussam suam tuerentur *Patres*. Tempori tamen & furori cedere, quàm contentiùs repugnare, aut periclitari, maluêre. Quid faceret *Imperator*? Bonam mentem inquietis inculcans *Ordinibus*, ab armis dehortari. Et quòd illiberis esset, de successore cogitans, *Ferdinandum Archiducem*, jam tùm *Bohemiæ Regem*, simulatque in *Ungariæ Regem* provehere, cœpit. Ut, si quid sibi accidisset, asylum ac caput hæc haberent *Regna*, quo niterentur.

Ferdinandus II., jam tùm *Bohemiæ Rex*, in *Ungariæ Regem* inauguratur.

At *Bohemiæ Ordinibus*, semel delicto inquinatis, ideòque placere non potuit armorum sequestratio. Eò, quòd de *veniâ* dubitantes, majus sub hostili *tumultuatione sperarent* emolumentum. Ita injecta *Cæsaris*

Matthias Imp. in *Bohemiâ proceres*, jam

sari copias scribendi necessitas. Quas dum *Bohemi*, pro audacia sua, criminantur insuper, *Cæsar* in *Ordines*, utique *perduelles* declaratos, sub *Bucquojo* & *Tampierio*, jubet animadvertere. His justo cum exercitu occurrens restitit *Turrianus*. Simulatque *Moravos Silesiosque*, in causa *religionis* parum refragantes, in commune attraxit belli contubernium.

antè perduelles declaratos, per *Bucquojum* & *Tampieriū*, jubet animadvertere. His occurrit & resistit *Turrianus*.

Quorsum ista spectarent *bellorum civilium præludia*, *Electores*, *Principesque Imperij*, cum sapientia & moderatione loquentes, minime latuit. E quibus tàm *Ioan. Georgius*, *Saxoniæ Elector*, quàm *Maximilianus*, *Bavariæ Dux*, per legatos interpellati, seriam *Bohemis* ergà *Cæsarem Regemque* suum, præscripsêre obedientiam. Conceptissimis verbis cohortati, missis rebus novis, in sese descenderent, atque in viam redirent. Idem fecit *Sigismundus*, *Poloniæ Rex*: spon-

Diversi intrà extràque *Imperium Magnates* inculcant *Bohemiæ Ordinibus* obedientiā.

ſponte ſua meliorem *Bohemi*
cans mentem. Quam ſi indu
poſtliminiò *Cæſaris* ad obedi
reverti, nollent. Tùm ſeme
agnato cū *Cæſare*, proſpectu
dia. Quibus in ordinē cogi p

Sed, graviùs efferati, in manifeſtam procumpunt hoſtilitatem.

Putâſſes, id genus *Magnati*
gatorias illud habuiſſe pon
furorem expectorarent. S
minùs accidit. Graviùs enim
derunt. Cumq; *Unionis* nom
derati per *Germaniam Princi*
Bohemorum cauſſæ accedere
rentur, tantò contentiùs b
rêre ſtudia. Ut paulò poſt,
ptis pacis almæ vinculis, ma
in partes tranſiret hoſtilitas.
nim *Erneſtus Mansfeldius*, O
militiæ præfectus, *Pilſenam*
mia civitatem ac fortalitium,
inductis caſtris, expugnavit

Quippe *Erneſt. Mansfeldius* expugnat *Pilſenam*.

Hunc licet *Cæſar* proſc
Prohibere tamen protemp
potuit, quin *Turrianus* in

cum exercitu penetraret in *Austriam*, æquè *Religionis* odijs intrà sese dissidentem. Hanc ergò, posteaquàm *Moravos Silesiosq́;* votis suis haberet obsequentes, tàm litteris blandissimè scriptis, quàm armis, fortiùs sibi conciliare, adeoq́ue unire, haud cessavit. Mitissimus *Cæsar*, sub specioso illo *Religionis prætextu*, tot populorum veritus concursum, primùm *Silesios* in viam revocare studuit. Dein moderationis plena proponens pacis recomponendæ remedia, in *Saxoniæ Electorem*, quà *Religionem* quidem *Bohemis*, quà fidem & constantiam *Cæsari*, addictum, sese rejecit. Iret nimirùm, & *honorarius* inter partes *arbiter* litem ex æquo componeret. Affulserant hîc candidissimi sub desiderato mediatore *Bohemis* soles, *si mens non læva fuisset*. At hi, fato in partes clàm veniente, maluêre audaciæ suæ

Hunc licet *Cæsar* proscribit *Turrianus* tamen cum exercitu penetrat in *Austriam*.

Moravosq́; & *Silesios* partibus suis alliciscit.

Cæsar in *Saxoniæ Electorem*, tanquam honorariũ caussæ arbitrum, sese rejicit.

&

& consiliis flammantibus velificari, quàm cum prudentia loqui. *Cæsarisque*, tantùm non ultrò invitantis, in gratiam reverti. Quid autem operæ non impendit *Elector*, ut *Cæsari* gratificaretur? Quid studii intermisit, ut *Bohemiæ* quietem redderet? *Cæsariq;* ac *Regi* suo *Ordines* reconciliaret? Sed aliter, prout videtur, erat in fatis. *Cæsar* enim optimus mansuetissimusque ubi *malâ* illâ, (quam senilem vocant) ætate pacem *Regnis* suis restituere frustrà laboraret. DEO evocante, in cœlos ivit, firma, perpetua, ac nunquam dissolubili, pace fruiturus.

Sed frustrà furiosis præscribitur medicina.

Matthias Imp. excessus.

Præcesserant illius excessum *Maximiliani Archiducis*, & *Annæ Imperatricis*, funera. Quos laudatissimos utriusque sexûs *Principes* antequàm tristis occupavit *Imperiū* tempestas, mors prævenit. Sine his dulcissimis corculis tanquam *Matthias Imperator* supervivere nollet, simulatque ipse

Quem præcesserant *Maximiliani Archiducis* & *Annæ Imperatricis*, funera.

ipse ad cœlites emigravit. Ut, quos in terris amisisset, reperiret in cœlis. Ità enim à gloriosissimæ memoriæ parente, *Maximiliano Imp.*, à teneris *pietatem* imbiberat. Ut cœlestia terrenis longè anteferret.

Matthia Archiducis, adhûcdùm adolescentis, victoriæ à *Turcis* relatæ.

Nec minùs, dùm vixit, *Austria*, *Regnis* hæreditariis, ipsique *Imperio*, fuit utilis. Ea enim virtute *Austriaca*, quam quidem è traduce hauserat, dein usu & experientiâ confirmârat, adolescens contrà *Turcos*, *Ungariam* vastantes, profectus, relatâ apud *Albam Gracam* illustri victoria, cæsisque copiis barbaricis, *Novigradum* expugnavit. Hoc successu, hac fama, minimè contentus, denuò copiis *Turcicis* apud *Gomorrham* in turpem fugam conjectis, arcem *Granicam*, nec non *Vicegradum*, feliciter subjugavit. Cùmque porrò ad *Budam* victricibus fulminaret armis, *Heomati* *Ma-*

Mahometi , *Turcorum In*
viginti annorum *inducias* e:

His, & pluribus, excel
ritis, è spontanea *Maxim*
chiducis fratris abdicatione
Austriæ, & *Moraviæ*, do
accepit. Mox in *Bohemia*,
mulatque *Ungariæ Regem* in
ri cœpit. Id tantum, &
consecutus fastigium, ja
dignusque erat *Imperio*, si

Primò *Austriæ* & *Moraviæ* dominium accipit.
Mox *Bohemiæ*, & *Ungariæ*, fit *Rex*.

Quod ubi deinceps per
resignâsset *Rodolphus Impe*
demque frater. Etiam hoc
& quidem *Cæsareum*, r
duobus adjecit *diadema*. Si
& singulari omnium *Impe*
num congratulatione, crea
tator, lubens nobile illud
positum, *Pacem*, inquam,
riosissimorum antecessoru
Patris, *Fratrisq;* manûs ac
conservâsset. Nisi major siv
sive labes seculi, optimi ma

Mox à *Rodolphi II. Imp.* fratris excessu, *Cæsar* salutatur.

Principis ſtudia conturbâſſent. Bellumque, præparatis jam-pridèm in cauſſa *Religionis* partium odiis, invito extorſiſſent.

Iulii Cæſaris exceſſum *Stellam crinitam* conſignâſſe, *Tranquillus* annotavit. Quis autē neſcit, horribilem *Cometam*, per integrum circiter mēſis ſpatium durantem, fortè nō tàm *Matthiæ Cæſaris*, quàm cōmendatæ *pacis*, cum bello cōmutatæ, *exceſſum* denotâſſe? Quę quidē fax quot *diebus* cœlo oſtenſa minari cœpit. Totidē *annis* ſine dubio fatalis & exitialis belli perſeveraturā deſignavit aleā.

Matthiæ Imp. exceſſum præceſſit *Cometes.*

Fuerat *Matthias Imperator*. Sequitur ordine *Ferdinandus II.*, tùm *Ungariæ* & *Bohemiæ Rex*, *Auſtriæ Archidux*. Hic, pro innata animi, more majorum, *manſuetudine*, diſſidentibus armatisq; jam tùm *Bohemiæ Ordinibus*, invidiam furoremq; expectoratur⁹, primā à *clementia ſapientiſſimè* duxit lineam. Putavitque ad ſeditionis com-

Ferdinandus Bohemiæ & Vngariæ Rex, mitiſſimas *pacis*, cum *Bohemis* recomponendæ, diducit rationes.

compositionem pertine
Matthiæ Imperatoris exce
extinguat. Et ipse, *ta*
agnosceret fabulam, in ad
nis limine, *Ordinibus* privi
firmet. Ità enim, subduct
tiæ labe, faciliùs ment
tanquam à fermentation
ad consistentiam. Cui, te
placeret id genus laudatæ
tionis via? At non *placui*
res novas agentibus. T
nim abest, ut hæc man
Regnum tranquillandi ra
inquietatis potuerit. Ut R
eventum transactionis,
obijcerent propemodùm
ra. Eo dubio procul insti
duriorum canonum obj
nem penitùs amolirent
ctionem. Neque segniùs,
tum erat, factum fuit.
conjuncto jam tùm cum
Silesiaq;, *Ordinibus* bellic

At isti, multorum duriorumque canonum objectu, *pacem & quietem* amoliuntur.

mio, pariter, publicata severi edicti lege, *Patres Societatis* è *Moravia Silesiaq́ue* proscripsêre. Idem ad *Ungaros* simulatque, tanquam per contagium, commigravit *furor*. Ut illinc non minùs damnati in exilium ejicerentur *Patres*. Qui ne error, sive impetus, fortè dici posset, culpę adjecêre *confidentiam*. Dùm enim sponte *Bohemorum* caussam, subdoloso *Religionis* colore, approbant *Moravi*. *Turrianus*, cum exercitu provinciam ingressus, volentes cogere visus est. Hinc plenis itum est apud *Znambram* in comitia, & mutuum cum *Bohemis fœdus*, viis. Nominati provinciæ *directores*, lecti *militiæ duces*. Dulce, prout ajunt, quia *bellum inexpertis*, initiò ridebant pleraque. Usque eò, ut *Turrianus* fortuna præliminari, ac fœderum successu, temulentus, arcum fortiùs intenderet. *Cæsarisq́ue* futuri, tùm *Regis* sui, sedem, *Viennam* nempè, obsidione

[Side note: Itemque è *Moravia Silesiaq́ue patres Societatis* proscribunt.]

[Side note: *Bohemi* fœdus cum *Moravis* feriunt.]

[Side note: *Turrianus* obsidet *Viennam*.]

E cinge-

cingeret. Eodem instituto, quò & à *Ferdinando Rege* nescio quæ, & *Protestantibus Austriæ Ordinibus* accessionem *fœderis*, extorqueret. Satisne id erat ad enormem, quæ proprio inferebatur *Regi*, injuriam? At nulla semel inquietatis pax, aut quies.

Silesii, cum *Moravis*, *Bohemorũ* adjuvant choragiũ.

Ecce! enim initiali titillante rerum tumultuariarum successu, non tàm *Bohemi*, quàm *Moravi*, & *Silesii*, *regios vicarios ministrosque* ob officiis deponunt, aliosque surrogant atque *intrudunt*. Damnare ista poterat *Ferdinandus*, prohibere non poterat. Dùm igitur *Mansfeldius* novas *Turriano* adducit copias. *Bucquojus*, strategus regius, hanc conjunctionem impediturus, loco opportuno *Mansfeldium* strinxit, ceciditque. Hæc veluti cœlitùs allapsa *felicitas*, utique opportunissima, eum *Pragæ* incussit terrorem. Ut, metu

Bucpuejus cædit *Mãsfeldium*.

tu graviorum, *Ordines Turrianum* revocarent in *Bohemiam*. Sic *Vienna*, & *Austria*, data missio.

Undè Turrianus missionem dat Viennæ.

Duraverat hactenùs in *Imperio*, *Interregnum*. Quod ut, novo suffecto *Cæsare*, tolleretur, ecce! *Elector Moguntinus*, *Imperii Archicancellarius*, *comitia* aperuit. Maluisset, *Interregni* prolongationem *Fridericus V.*, *Elector Palatinus*. Quousque *Bohemici* isti *motûs* despumâssent. At *Moguntinus*, comitiis semel apud *Francofurtum* indictis, ad novi *Cæsaris* electionem properavit: tanquam suspecta habens quorundam consilia. Hæc in *Ferdinandum Regem*, utique in *Cæsarem* sublimandum, incidit *Electio*. Undè apparatissimis pro more inaugurari cœpit cum ceremoniis. Hanc cùm illi inviderent *Bohemi* sublimitatis accessionem, fremuê-

Sublato Interregno, Ferdinandus II. apud Francofurtum Imperator designatur.

muêre graviùs. Neque defuêre *omina*, & *ostenta*, futuras clades designantia. Dùm enim novus *Imperator* inauguratur, inter cætera, mero meridie, *apum examen* in civitatem se se intulit. Et, loco maxime illustri, nempè antè *Curiam Augustalem*, consedit, omnium cum admiratione. Ubi jussu *Senatoris* adducto alveari capi cœpit. Taceo cætera.

Bohemorū legati, apud Francofurtum, super Rege suo conquerentes, rejiciuntur Hanoviā.

Gliscebant inter hæc majoris belli, etiam *Germanias* inflammaturi, fomenta. *Bohemia* enim *Ordines*, jam tùm proprio *cum Rege* bello diffidentes, missis *Francofurtum* legatis, super *Regis* evocatione, & in *Collegium Electorale* admissione, initiò conqueruntur. Mox à *Moguntino* rejecti, super *Ferdinandi* in *Cæsarem* electione, protestantur. Quòd autem antè propositas ab *Electoribus pacis* conditiones *Rex* admitteret, *Bohemi* autem repudia-

diarent. Tantò magis à *comitiis* rejęcti sunt.

Pùpugit hæc *Repulsa* jam tùm ferocientes acriùs. Undè, vindictę cupiditate, arctiori cum *Moravis Silesiisque* diducto fœdere, publicis *Regni* sub *comitiis* *Ferdinandum Regem* repudiantes, *Fridericum V. Electorem Palatinum* in *Regem* novum elegêre, & vocavêre. Factique sui jura ac caussas *Apologetico* dixêre. Perculsi hac novitate *Electores* tàm *Catholici*, quàm *Protestantes*, *Fridericum Electorem*; utique *collegam*, conceptissimis verbis dehortari haud destitêre.

Indè *Ordines*, vindictæ studio, *Ferdinando Rege* repudiato, *Fridericum V. Electorem Palatinum* novum *Regem* substituunt.

Ne, cùm proprio interveniente suffragio *Ferdinandum* in *Cæsarem* sublimare, inter cæteros, cœpisset, illi, ritè inaugurato *Bohemiæ Regi*, dùm *Imperium* permittat, *Regnum* subtraheret. Totasque *Germanias*, jam utique pro *Cæsare* in partes venturas, conturbaret, Idem diligentis-

Electores cæteri, cũ *Bavariæ Duce*, ser *Fridericum* dehortantur.

ſumè fecit agnatus *Bavariæ* *ximilianus*. At ea *ætate*, qua tis fuit providus, *Palatin* flammantibus hominum riatorum conſiliis in devi ptus, & aliquid humani pa roſo ſub *Religionis* pericli lore, ſpecioſum quidem lum, ſed multis difficulta riculisque implexum, inſuper habitis *Electorum* dehortationibus. Nec mo poſt caput luculentâ & ce ditate, in incertam ſeſe m *miæ Regni* poſſeſſionem, poſt peracta *inaugurationi* tametſi litteris partim *a* partim *armis* ac *fœderibus*, cogitâſſet, *vix per annum* vit: fortuna conſilijs vali *potentia Auſtriaca* hanc illi gnitatis uſurpationem, ſ mè vacante, paulò poſt ex tibus.

At hic juvenili illa ætate *Coronam regiam*, multis ſpinis implexam, admittit.

Haud tralatitium jam intrà *Bohemiam* ardere cœperat *bellum.* Cùm deinceps tumultuationis furor, tanquam per contagium, invasit quoque *Ungariam*, æquè *Religionis* diversitate discrepantem. Quòd igitur alibi in *Clericos*, inprimis *Societatis patres*, præparatis iretur *convitiis.* Hîc quoque in eosdem, tanquam *purgamenta*, quæ foràs ejicerentur, salem non sæ vitum. Accessit rebus novis *Gabriel Bethlenus*, *Transylvaniæ princeps*, jam tùm à *Bohemis* in tumultuationis partes vocatus. Neque displicuit *Regulo*, utique vasallo *Turcico*, novitatis studium. Ut, quod aliâs sponte erat facturus, operam opemque modò non promitteret. Sed ipse *Bohemos Ungarosq;* graviùs irritaret. Ipse, pacto *fœdere*, cum exercitu in partes veniret. Ipse, in *Ungariam* egressus, *Caschaviam* & *Neohusaliam* per legatos

Bohemiæ motibus accedit Vngaria. Et *Gabriel Bethlenus Fransylvaniæ Regulus.*

gatos occuparet. Ipse in Cle
clementiùs sæviret..

Sic, ubi Bohemi jam quo
Ungariam Transylvaniamq; c
ne bellum,. tanquam coloni
duxissent. Solus Ferdinand
rator, adhûcdùm absentivu
videbatur tantis gentium co
ingruentium, sufsecturus f
Cujus quòd copiæ sub Buc
Tampierio essent in herba, qu
tur. Ecce! Moravi eò audac
cesserant. Ut, more Bohemi
tùm non minari, sed provoca
ciperent. Hanc istis expecto
intemperiem Tampierius, in
ciam processit, vindictæ stu
non impunè. Cum damn
rejectus est. Hinc professa,
jor, facti confidentia.. Qua
per ipsa caussam approba
stria,. Religionis discrimi
non minùs divisa. Ut,.
cum. Bohemis vires conju

Tampierius cum Cæsario exercitu, in Moraviam progressus; retunditur.

videretur in socialis belli partem ventura.

Posonium occupaverat *Bethlenus.* Cùm, fortuna plausum faciente, *Silesii* indictis *comitiis fœdus Pragense* comprobant. Communique *Bohemorum* causæ ac bello, insuper habitis *Caroli Archiducis, Brixiensis* & *Uratislaviensis Episcopi*, itemque *Sigismundi Poloniæ Regis*, dehortatoriis, accedunt. Sic, absentivo *Ferdinando Cæsare*, tametsi *Imperium* addixisset fidem. Pro hoc lucro, *Ungaria*, ipsaque *Austria*, deficiendo tantùm non fidem ejurârant. Ut contrà multiplicem hanc seditiosæ tumultuationis lernam instructis ac diversis opus esset copiis. Quæ antequàm adduci possent, jam tùm *Bethlenus* & *Turrianus* secundùm obsidebant *Viennam*. Denuò opus fuit *Bucquojo*. Qui, ope *Polonorum*, *Bethleni* legatum *Ragotzium*, per *Ungariam* tumultuantem, opportunè

Bethlenus occupat Posonium.

Silesii accedunt Bohemis.

Bethlenus & Turrianus iteratò obsident Viennam.

At, Bucquojo cædente Ragotzium, solvitur obsidio.

tunè sic quidem cæcidit. Ut
hac vice *Bethlenus*, gravior
ritus, *Viennæ* obsidionem
ret.

Fridericus V. Elector Palatinus, sub persona *Bohemiæ Regis*, intrat *Norinbergam*.

Hoc tempore florere vid
tur res *Friderici Palatini*. Qui
domi reliquisset, pro *Electorat*
fensione, *unitum* fœderatu
sub *Onoltzpachiano Marchion*
citum. Apud *Bohemiam* autem
filijs ac ductu *Christiani Princi*
baltini, militiam administrare
Bohemiæ Regis pompa, *Pragâ* p
ctus, *Noribergam* solennissimè
vit, *comitiorum* intra urbem pr
tis indictorum, futurus *Præsis*.

Hîc ubi, ridentem ob fortu
nimiamque rerum novarum,
plerùmque blandientium, *fid*
bellum, in Catholicos offensivè g
dum, decerni cœpisset. Hæc d
tio per legatos nunciata *Maxi*
no Bavariæ Duci, Ligariani fœde
chistratego, adjectis quoque r

Quæ ut paulò impotentiùs jacerentur, novissima *Ungarorum*, ac *Transylvanorum*, cum *Bohemis confœderatio* superaddidit stimulos. Quòd enim tantæ inpræsentiarum, sed intricatæ, felicitati, & duobus illis *Bohemiæ Ungariæq; Regnis*, vix par esset unus *Fridericus Palatinus*. Sic quidem honores operasque divisit. Ut ipse *Bohemiæ Regnò*, socijs cũ provincijs, *Bethlenus* autem *Ungariæ* sceptro, uteretur. Inprimis uterque, conjunctis bona fide armis, tàm sua & domestica, quàm communia, tueretur. Quid faceret *Cæsar*? An gemeret saltem, non evigilaret? Illud *mulieris* erat, hoc non *Principis*. Primò igitur, ubi vitium adolevisset, dimissis ad *Imperii Electores* litteris, *super Bohemorum*, itemque *Friderici Palatini*, injuriis, conqueritur. Mox, *electionem coronationemq; Bohemicam* novam dãnando, protestatur. Factique in so-

Bethlenus Vngarici diadematis candidatus.

Ferdinandus II. Imp. novam *Electionem Coronationemq; Bohemicã* palam dãnat.

solentis abominationem, inter cæteros, *Christiano Daniæ Regi*, & *Friderico Ulrico Duci Brunsuicensi*, per legatos aperit.

Auxilia conquirit. Quæ ne armis vacuæ essent obtestationes, *Electorum*, *Ducisq; Bavariæ*, auxilia conquirit. Instructasq; è *Belgio* evocat copias. Nec mora, *Electores*, indicto apud *Mülhusium* conventu, *Cæsari* auxilia decernunt præparantque. Idem fecit *Albertus Archidux*, *Belgii* præses. Quanquam igitur, prout fit, pro se, suæque causſæ defensione, multa objicerent *Fridericus Elector Palatinus*, & *Bohemi*. *Cæsar* tamen, institutum & ordinem persequendo, primùm per *Mandata* in *Bohemos*, *novumque* eorum *Regem*, fulminat, facti insolentiam abrogat, dehortatur, obedientiam inculcat. Sed frustrà est: *Friderico*, & *Bohemis*, identidem recalcitrantibus. Ubi ergò, *Archipalatino* jubente, *Unitorum* exercitus sub *Durlachio*, *Mar-*

Electorum apud Mulhusium coventus.

Nomine *Cæsaris*.

Marchione, afcendiffet in *Alifatiam*. *Cæfar*, huic remedium applicaturus morbo, inftructas è *Belgio*, fub *Ambrofio Spinolâ Marchione*, evocavit copias, contrà *Palatinatum* & *Durlachium* ituras. Nec minùs *Ioan. Georgius*, *Saxoniæ Elector*, cum *Maximiliano Bavariæ Duce*; fic vices bipartiri cœperat: Ipfe ut in *Lufatiam*, illè in *Auftriam*, infunderet exercitum, ambo contrà *Bohemos* militaturi. Prævidérat hanc adverfi belli molem *Bethlenus*. Quò igitur citiùs inveniret effugium, faltèm non *Ungariæ Regni diadema* cautior fequeftravit. Sed etiam cum *Ferdinando Cæfare inducias* pepigit. Ita accidit; ut, verfùs *Palatinatum* ingruente *Spinolâ*, eodèm tempore *Saxo* contrà *Lufatiam*, & *Bavarus* adverfùs *Auftriam* duceret, pari utrimque armorum fucceffu. Tametfi enim Uniti *Principes*, & inter eos dux & caput *Onolizpachianus*, validis in-

Ambrof. Spinola contrà Palatinatum Inferiorem:

Saxoniæ Elector contrà Lufatiam:

Et Maximilianus Bavarus contrà Auftriam movent.

ſtructi copiis, *Friderici Archipa*
ni patrimonium tuerentur. *Sp*
tamen tàm *arte*, quàm *Marte*,
cior, plerosque adverſæ partis e
Sic Palatinatus Infer., vavit conatûs. Donec ſucceſſiv
Inferioris Palatinatûs poſſeſſion
votorumque ſummam, pe
nit.

Parùm enim *Principes Uniti*,
metſi accedentibus *Batavorum*
xiliis, ſive fato, ſive *Cæſaris* nom
territi, profecêre. Par & cele
Saxonis felicitas. Qui *Luſatiam*
Luſatia, trando ubi *Budiſsinum* ex
gnâſſet, ilicet *Bohemorum*
res, provinciæ ſub *Iägerndo*
Marchione opitulantium, diſ
xit.

Iam tùm ſub caſu erant *Ca*
hoſtes, ut vinci poſſent: trib
aut quatuor, non una parte
gruentibus exercitibus. Nec m
ra, pro eo, quo cognitus
ſpiritu *Bavarus* cum ſuis in *Auſtr*

P

processit copiis. Cùmque *Ordines* proprium in dominum, nempè *Cæsarem*, arma ferentes, arma fœdusq; istud *Bohemicum* ejurare coëgisset. Post pacatam *Cæsari* sine sanguine *provinciam interiorem*, magnis in *Bohemiam* rectà perrexit conatibus. Eos, qui *scopum* ferire cupiunt, oculorũ aciem intendere, constat. Similiter *Bavarus*, junctis intrà *Bohemiam* cum *Bucquojo* copiis, *Pragam*, præfixum tanquam ad *scopum*, ordine direxit. Proposuerat quidẽ *Bucquojus Moraviam*, tanquam promulsidis loco segregandam. At perspicacior *Bavarus* ad belli civilis sentinam, *Pragam* nempe, utpote *missum secundum*, & *rerum novarum caput*, properavit. Certus, si hanc omnis tumultuationis officinam & fontẽ subjugâsset, tunc cæteras regiones, tanquam mensæ bellaria, sponte victoris amplexuras fortunam.

Et *Austria*, in ordinem rediguntur.

Bavarus rectà petit *Pragam*

In *Monte albo* splendidam à *Bohemis* reportat victoriam.

Egregiè ac sapiẽter! Neq; Apollo ipse

ipse certiùs arcum intenderet. Quid i fit? *Anhaltinum*, hostilibus cum copiis recedentem, urget, fatigat, pellit. Inq; ipsis *Pragæ* pomœriis castra metantem invadit, cædit, dissipat. Quid hac *cardinali* & maxima *victoria* concitatius, illustrius, splendidius? Simulatque hostilis dissipata acies fuit, ipsa *Maximiliano* victori patuit *Praga*, omnis mali mater & materia. Hæc, ubi cæsa essent agmina, & *Fridericus Rex novus*, cum *Turriano*, cæterisque civilis belli autoribus, recessisset longiùs, fasces fastumque submisit, reatum deprecari, fœdusque istud infelix ejurare, debuit.

Pragamq; victor intrat.

L. Quintii, Romani.

De *L. Quintio*, viro fortissimo, commeminit *Livius*. Eum, rebus *Romanorum* sub *Aequis*, gentibus *Italiæ*, periclitantibus, *ab aratro in urbem* evocatum ad *dictaturam*, tanta non minùs celeritate, quàm felicitate, hostes prælio superasse. Ut, post

post victoriam compendio partam, *dictaturam*, ad *sex menses* acceptam, *die decimo sexto* resignaret. Idem fere, & suo modo, de *Maximiliano Bavaro* inaudiendum. Hic *Princeps* tam *sapiens*, quam *magnanimus* & fortis, rebus *Ferdinandi Imperatoris*, sub *Bohemorum* tumultuatione, laborantibus, *non e rure, sed ex aula Monachiensi*; *non ad exercitum alienum, sed cum exercitu proprio*, veluti ad *dictaturam* evocatus, paucarum septimanarum spatio *Austriam* pacavit, *Bohemiam* devicit, *Moraviam* cicuravit, *Silesiam* compescuit: Ut, *primo* hoc, quo quidem agnati *Caesaris* firmabatur fortuna, *fixo apud Pragam clavo*, resignata veluti *dictatura*, *victor Triumphatorq;* reverteretur *Monachium*: caetera, quae restabant, per *Thillyum* legatum suum, confecturus belli, in medio dehiscentis, confectaria. Quis hic non videret, post unius *Pragae* subjugatio-

Et Maximiliani Bavari, Germanici, Dictatoris, cōparatio.

Hic primum, sub *Bello Bohemo-Germanico* apud *Pragā* fixit *clavum*.

tio-

Pragâ ſubjugatâ univerſum *Bohemici fœderis* cadit corpus.

tionem, tanquam una ſub cervice, univerſam penè *Bohemia*, confœderationis *lernam* decollari cœpiſſe? Quippe tota *Bohemia*, cum *Moravia Sileſiaq;*, *Caſaris* victoris adoravit numen. Ejuratiſque rebus novis, ſuppliciter petiit reatûs expiationē. Idem fecit *Chriſtianus ſenior, princeps Anhaltinus*. Poſt ingens enim illud rerum *Bohemicarum* naufragium, tāetſi antè cum *Io. Georgio, Marchione Iägerndorſio*, & *Geor. Friderico, Comite Hohenlojo*, proſcriberetur, *Viennam* profectus, ſub ſpecioſo *Religionis* prætextu, à mitiſſimo *Cæſare* facti *veniam* impetravit. Prout igitur cum plurimis, reatum deprecantibus, in gratiam rediit *Cæſar*. Ità parcere voluiſſet dubio procul omnibus, ſi per leges licuiſſet. *Victoria* autem felicitatem ordine perſecuturus, contrà *Bethlenum*, *Ungarici* diadematis candidatum, edictis armiſque fulminavit. Mox apud *Pragam* à tumultuationis

Cæſari Chriſtianus Princeps Anhaltinus reconciliatur.

tionis

tionis *Bohemiæ* autoribus, illic deprehensis, pœnas sumpsit. Quo sic, instituto veteri, *supplicium ad paucos, terror ad omnes*, perveniret.

Supplicium apud *Pragam.*

Fulminati hoc *Principes Uniti* successu, cùm antea *Palatinatum* malè custodiissent, jam omnimoda, post ingruentem tempestatem, facta secessione, *Friderici* exulis destituendo partes, cum *Cæsare*, utique potentiore, reconciliari, infelicemque fœderis sui aleam ejurare, cœpêre. Restabant solæ legiones *Anglicanæ*, aliquousque partes *Nicri*, *Heydelbergam*, & *Manhemium*, defensuræ. His nondùm rejectis auxiliatorum manipulis, quem in modum, post magnum quoddam restinctum *incendium*, aut titio unus & alter adhûc gliscit, aut fumus superest, aut fundus tepet. Pariter de *cladis illius Pragensis* ruderibus, *Friderico* & *Bethleno* sufflantibus, resurrexit *Erne-*

Vnionis, sic dicti fœderis *Palatini*, *Principes* cum *Cæsare* in gratiam redeunt.

Ernestus Mansfeldius, belli repotia, & quidem intrà *Bohemiam*, suscitaturus.

Ern. Mansfeldius per *Bohemiam*:

Et Bethlenus per *Vngariam*: bellum retentant.

Acta erat *Prima belli* fatalis *scena*. Sed, licet multiplex *Bohemia* recidi cœpisset *lerna*, mox tamen diversa repullulârunt capita. Præter enim id, quòd *Mansfeldius*, *Pilsenæ* fortalitii receptu usus, novum intrà *Bohemiam* colligeret, sub *exulum* concursu, exercitum, adjuvante hoc *Iägerndorffio* choragium. *Bethlenus*, adhûc fœderis propriique periculi memor, adversùs *Bucquojum* per *Vngariam* produxit. Eundemque, *Neobusalia* obsidioni contentiùs inhiantem, oppressit.

Idem fere bellum Angliæ Daniæq; Reges coquunt.

Accessit insuper *Iacobi Angliæ Regis*, ob *Friderici Palatini*, generi sui, filiæ liberorumque, triste apud *Batavos* exilium, indignatio. Hic ut, pro recuperando *Palatinatu*, per agnati *Regis Daniæ IV.*, aliâs *bellicosi*, latus, *Inferioris Saxoniæ Circulum* com-

commoveret. Tantumque non *novam* suggereret, ex hac quoque maritima parte, *belli materiam*.

Interim adoleverant *Mansfeldii* vires. Ut jam saltèm non *Bohemiæ*, sed toti penè *Imperio*, tàm ob *calliditatem*, quàm *Martem* trahendi compendium, nec minorem *fortitudinem*, esset formidabilis. Hæc recens, & *secunda*, *scena* denuò *dictatorem Maximilianum Bavarum* desideravit: *Cæsaris* copiis *Ungarico* sub bello occupatis. Qui igitur semel & splendidè vicerat, denuò & toties victurus, primò per *Thillyum* tentavit *Mansfeldii* enervationem. At *Maximilian. Bavarus* denuò enervat, & rejicit, *Mansfeldiũ.*

At cùm hic ex insidiis lacesseret, copiam pugnæ vix facturus, Ecce! ipsomet opus fuit *Maximiliano*. Hic, crescentibus periculis, ipse in castra profectus, mox, intercluso commeatu, *hostem*, tam etsi *vaferrimum*, eas conjecit in augustias. Undè *salva*, prout ajunt, vix posset referre

va-

vasa. Ad *artes* igitur conversus *Mansfeldius*, *simulata transactione*, tanquam paulò post *Cæsaris* in partes esset transiturus, quò speciosiùs falleret, pignoris loco, *munimentum Bavaris* contradidit. Quod cum aliâs, *diatâ* defectâ, tueri ne quidem valeret, hoc *astu* evasit: magnis itineribus *Inferiorem* in *Palatinatum* properans. Hîc, fatiscente periculo, denuò hostis vultum sumpsit. *Cordubamq;*, ducem *Hispanicum*, *Francothalam* oppugnantem, ab obsidione eâdem operâ rejecit. Pupugit *Bavarum* ingeniosi hostis fallacia. Quem tametsi in angustiis minùs distrivisset. Id tamen excepit commodi. Ut, novissima belli mole è *Bohemia*, & *Palatinatu Superiori*, in *Nemetes* & *Vangiones* devoluta, jam domi, ac finitimis (undè bellum trahebat familiam) partibus, expeditiores sentiret manûs. Fœderatisque ad *Mœnum Rhenumque* Ele-

Hic, in *Palatinatum Infer.* dilapsus, *Cordubam*, *Francothalam* oppugnantem, fugat.

Electoribus atque *Principibus* tàm libentiùs, quàm valentiùs, succurreret.

Denuò cùm rebellâsset, denuò cum *Cæsare* inducias pepigit *Bethlenus*. At plures reperti per *Imperium Principes*, qui *Friderici Archipalatini* caussam armis adjuvarent. E quibus *Christianus*, *Dux Brunsuicensis*, & *Georgius Fridericus Marchio Durlachius*, uterque peculiari instructus exercitu. Qui si cum *Mansfeldio* unire vires, conjunctamque facere expeditionem, maluissent. Dubio procul invictas facilè circumtulissent copias. At, dùm *Mansfeldius* belli *compendia per* insidias, & cunctãdo, ducit. *Brunsuicensis ultrà ætatem* lasciviendo & properando insultat. *Durlachius* nimis confidendo, & segregando, obluctatur. Factum est, ut à *Thillyo*, legiones, cum *Hispanis* cautiùs sociante, dùm singuli pugnãt, plerique vincerentur: *Brunsuicensi* apud *Ho-*

Denuò cũ *Cæsare* paciscitur *Bethlenus*.

At *Friderici Archipalatini* caussam porrò propugnãt *Christianus Dux Brunsuicensis*. Et *Geor. Fridericus Marchio Durlachius*

Mox uterque à *Thillio*, legato *Bavarico*, cæditur.

sêre. Dùm intereà *Iacobus Magnæ Britanniæ Rex* cum *Ferdinando Cæsare* per legatum *Digbium* tractatibus experiri instituit. Idem officium, ex lege necessitudinis, tàm *Iacobo Regi*, quàm *Friderico Archipalatino*, commodavit *Rex Daniæ*, exulis in patrimonio restitutionem per litteras & internuncios procuraturus. Horum duorum *Regum patrocinio* nixus *Fridericus Archipalatinus*, sub *hominis privati habitu*, ipse intravit *Palatinatum*, visurus, quid *Mansfeldius* & *Brunsuicensis* possint. Neque defuit initiò successus. *Mansfeldius* enim, edito *fidei* specimine, ubi legatos *Hispanicos*, sub magna auri & pecuniarum vi defectionem solicitantes, rejecisset. Mox par *fortitudinis* superadditurus specimen, in conspectu domini, apud *Wislochium* pagum *Thillyo* extorsit victoriam. Moxque, in *Hessiam Darmbstatinam* deflectens, *Ludovicum Landgraviam*, ob

Fridericus Archipalatinus, privati hominis sub habitu, intrat *Palatinatum*.

Eo præsente, *Mansfeldius* cædit *Thillyum*.

Occupatq; *Darmbstadium*.

F invi-

Illinc recedenti instat Thillyus.

invictam adverso tempore *Cæsari* approbatam constantiam dictum *Fidelem*, abduxit captivum. Sed non impunè. *Thillyus* enim in suprema hostium, *Darmbstadio* recedentium, animadvertens agmina, non vanam intulit noxam.

Iacobus Angliæ Rex Friderico Archipalatino genero armorũ missionem præscribit.

Adhûcdùm *Reges* ambo *Archipalatini* caussam agebant per legatos. Quibus dùm *Cæsar Palatinus*, per *Mansfeldii* & *Brunsuicensis* latus, obiiceret turbas. *Iacobus Rex*, pro autoritate locutus, *genero*, ne tractatûs essent frustrà, belli *pacationem* tantùm non persuasit, sed præscripsit. Deduceret utiq; exercitum. Et de cætero in *socerum Regem*, *patrimonii restitutionem* curaturum, sese reijceret. Paruit hic *Regi*, loco *parentis* accuratè tàm monenti, quàm spondenti. Sed secùs res cecidit. Cùm enim nemo, ne quidem *Iacobus Rex*, *consilii eventum* præstare possit. Accidit, ut, postquàm *Mansfeldius* & *Brunsuicensis*,

sis, per *Galliæ* partes in *Belgium*, non sine pugna & clade *Hispanis* extorta, copias deduxissent, interim *Thillyus* *Heydelbergam*, *Electoratûs* sedem *Manheimiumq;*, expugnaret.

Pacatum bis per *Maximilianum Bavarum*, sive purgatum, nuper à *Bohemis*, jam *Palatinis*, videbatur *Imperium*. Cùm *Cæsar*, indictis apud *Ratisponam comitiis*, *gratitudinis* memor, in prægnantia & luculenta magni & invicti *Principis* illius digressus *merita*, rejecto & proscripto *Friderico*, in ejus locum solennissimè surrogare cœpit *Maximilianum*. Huic *Electoratus* translationi tametsi initiò refragarentur *Saxo*, & *Brandenburgius*, *Electores* *Protestantes*. Deinceps tamen tàm *Cæsaris* per *legatos* cohortantis autoritate, quàm *virtutis* ac *meritorum* *Maximiliani*, per litteras amicitiam & officia contestantis, æstimatione,

Hinc *Mansfeldius* & *Brunsuicensis* in *Belgium* recedunt. Quibus frustrâ resistunt *Hispani*. *Thillyus* expugnat *Heydelbergam*. *Cæsar*, sub *Imperii comitiis*, *Electoratum Palatinum* solennissimè confert *Maximiliano Bavariæ Duci*.

ſtitutione, apud *Ferdinandum Cæſarem*, intervenisse. Hîc cùm fuiſſet fruſtrà. *Electoratusq;* ſua opinione *Friderico* conſervandus, tranſiiſſet ad *Maximilianum*. Manifeſtiùs indignari cœpit: belli apparatibus jam tùm apud partes *Maris Balthici* ferventibus. Hæc ſcena ridere cœpit *Mansfeldio*, & *Brunſuicenſi*, cum parte copiarum intrà *Belgium* excubantibus. Ut, ſimulatque pro *Friderico* uſus poſtularet, eſſent in partibus. Hoc ſtudio *Mansfeldius*, ſub *Batavorum* favore, militem infudit in *Friſiam*, è cuniculis more ſuo rem geſturus. *Brunſuicenſis* autem, *Inferioris Saxoniæ Principibus*, jam tùm, præeunte *Daniæ Rege*, arma parantibus, ſe ſe applicuit, ſub novis legionibus novas in *Thillyum*, à quo ſemel cæſus erat, parans aſſultûs. Prævideràt hunc impetum *Thillyus*. Et, ne hoſtis luxuriaret impunè, è *Westvaria* promotis caſtris ad *Viſurgim*

Quo consurgente, denuò prorumpunt *Mansfeldius* & *Brunſuicenſis*.

Iſtis obviàm movet *Thillyus*.

F 3 pro-

produxit obviam. Nondùm *Rex*, fœderatiq́ue *Principes*, manifestum profitebantur bellum, sive *Cæsaris* obstaret autoritas, sive sufficientes nondùm adolevissent vires. Hunc inter partium teporem, *Thillyus* cū *veteranis* illis *legionibus* in *Christiani Brunsuicensis*, manifesti hostis, *tyrones* miovens, eum, cùm *Principes* agnati nondùm tegerent, in itinere assecutus, denuò apud *Stadlohnam* feliciter cæcidit. Sic, uno alteróque bello finito, novum successit in partes, nempè, *Danicum*. *Brunsuicensis* enim, tametsi bis à *Thillyo* victus, nondùm erat debellatus. Ut, posteaquàm cladis iteratæ caussam, iræq́ue furorem, in *Todonem Kniphusenium*, legatum suum, effudisset, denuò novissimam instrueret belli scenam.

Et Christianum Brunsuicensem denuò apud Stadlohnā fundit.

Victi erant anteà *Palatinus*, & *Bethlenus*: quorum uterq́ue in armis re-

recalcitrabat. Reſtabant *Dania*, & *Anglia*, *Reges*, mox æquè vincendi. His convenerat, ut *alter per tractatûs* pacis, & matrimonii ſanctitudinē, *Cæſaris Regiúq; Hiſpaniarum*, pro *Palatino* genero, tentaret reconciliationem: *alter armis* in victores animadverteret. Hoc fervente inſtituto, *Thillyus* in *Friſiam* meditabatur impreſſionem, ejecturus *Mansfeldium*. Sed oſtitêre *Batavi*. Undè ſecuriùs ille exſpectavit eventum belli *Danici*, mox prorupturi. Neque enim *Rex* diutiùs arma ſuſpendit, poſt exceſſum *Iacobi* patris, *Anglicanis* à *Carolo Lege* filio, in gratiam *ſororis* exulis, lautiùs adjutus ſubſidiis.

Iacobus Angliæ Rex per legatos, & *Chriſtianus Daniæ Rex* armis, experitur.

Hæc ne nova belli moles uni & ſoli *Thillyo* accideret oneroſior. Ecce! *Ferdinandus Cæſar*, poſtquàm tertiùm rebellanti per *Ungariam*

Novus *Ferdinandi II. Imp.* ſub *Alberto*

Fridlandiæ Duce, exercitus.

Bethleno tertiùm armis pœnitentiam & inducias extorsisset, *Albertum Wallensteinium*, *Bohemiæ* dynastam & tribunum, hactenùs *Cæsaris* castra sequentem, & nuper *Alberti Ioannis Baronis Schmirtzicii* illius opulentissimi hæreditate auctum, inque *Fridlandiæ Ducem* sublimatum, novis præfecit copiis. Quibus, unà cùm *Thillyo*, contrà *Daniæ Regem* iret, jam ad *Visurgim*, & *Guestphaliæ* partes, asscendentem. Quòd igitur jam sic *componi* cœpissent *paria*. Ut, si depugnandum esset, *Thillyus* per *Guestphaliam* cum *Rege*, *Fridlandus* autem per *Silesiam* partim cum *Mansfeldio*, & *Io. Ernesto Vniariensi*, partim sub *Ungaria* per legatos cum *Bethleno*, identidem ruptis induciis, more suo, tumultuante, consisteret. Accidit, ut paulò post tàm *Rex*, quàm *Mansfeldius*, successivè vincerentur. Ne enim solus felix esset *Thillyus*, etiam *Fridlandus* pugnâ felix

felix esse didicit. Qui *Mansfeldium* apud *pontem Dessaviensem* sic quidem occupavit fuditque: Ut hæc *senescens* callidi aliâs ducis *fortunæ*, & maturæ clades, præludium daret, mox itidem *Regem* vinci posse. Neque aliter evenit. Posteaquam enim *Danus*, sub *primo expeditionis limine*, (quod inauspicatum habuêre gentiles) apud *Hamelium*, per fortalitii vallum obequitans, sic quidem *casu* impegisset. Ut lethaliter propè illinc decumberet. Mox, illo convalescente, cùm *Thillyus* urgeret aut copiarum *Danicarum* exautorationem, aut pugnæ facultatem: res eò recidit. Ut, post *Münda*, & *Gottingæ*, civitatum, expugnationem, primò apud *Calebergam*, per *Fürstenbergium*, *Danicos* funderet. Mox ipsum *Regem*, castra versùs Wolfferbytum retrahentem, ad *Lutheram* pagum, extortâ pugnæ copiâ, vinceret, castrisque exueret. Hic fortuna an-

Qui apud *Pontem Dessaviensem* fundit *Mansfeldium*.

Ominosus *Daniæ Regis* apud *Hamelium* casus. Nec sine effectu.

Rex enim ad *Lutheram* à *Thillyo* vincitur.

ceps, & sub *Rege* animosissimè pugnante, diu deliberare visa, sicut apud *Pontem Dessaviensem Cæsareanos*, ità hîc intrà provinciam *Brunsuicensem Bavaros*, respexit. Nec enim, si quid in hostico adversi accidisset *Thillyo*, res fuisset absque periculo: *Rege* victore in *Imperii* meditullia copias promoturo. At immotis passibus *à Bavarorum* partibus stetit fortuna. Cujus intuitu *Ulricus Fridericus*, *Dux Brunsuicensis*, cum *Cæsare* rediit in gratiam. *Rex* autem, semel victus, quanquam subindè copias restauraret, subindè & successivè, *Fridlando* simulatque in partes veniente, usque in *Holsatiam*, *Iutiam*, *Ditmarsiæ* Chersonesum, & appulsum *Maris Balthici*, rejectus fuit. Usqueeò, ut *Fridlandus*, *Ducatu Megapolitano* sub potestatem redacto, immò *Ferdinandi Cæsaris* indulgentiâ in hæreditatem transscripto, jam

Ul. Fridericus Dux Brunsuicensis, cum *Cæsare* revertitur in gratiam.

Fridlandus penetrat in *Ditmarsos*.

Fit *Dux Megapolitanus*.

classes

classes pararet, jam *Archithalaßi Cæsarei* titulos, jam *dominium maris Balthici*, jactitaret. Mox ipsam & interiorem intrà *Daniam*, si fortuna velit, *Regem* debellaturus. Quem in finem, permissu *Cæsaris*, *Maritimæ* illæ & fœderatæ *Imperii Civitates* (quas vulgus vocat *Hanseaticas*) haud perfunctoriè solicitabantur. Irent, & negato *Danis* deinceps aditu, in proprii emolumenti amplificationem, naves, operas, & commercia, cum *Cæsaris archithalasso Fridlando*, itemque *Hispaniarum Regis navarchis*, sociarent.

Iactat dominium *Maris Balthici*.

Hæc, quò spectarent, non ignorantes *Daniæ Regni Ordines*, sub ista fortunæ adversantis iniquitate, *Regi* suo *pacem* inculcârunt. Quæ cùm non amplius esset molesta, post tot *casûs* & *clades*, passus est *Rex*. Ut *Regni* sui *Senatores* dimissis ad

Fortunâ tonante, *Daniæ Regni Ordines* à *Cæsare pacem* petunt, & obtinent.

ad *Cæsarem*; & *Bavariæ Electorem*, legatis, priùs *Inducias*, mox plenam *Pacem*, indictâ apud *Lübeccam diata*, quàm honestissimè tractarent pangerentque.

Diata Lübeccensis.

Acta erat altera, sive *tertia*, belli œcumenici per *Germaniam scena*. Ut multiplex ille per *Saxoniam Inferiorem*, & *Guesphaliam*, nec non *Silesiam*, & *Ungariam*, post fortuna tonante in *Holsatiam*, *Iutiam*, *Ditmarsosque*, revolutus turbo, *Rege* manum ab armis abstinente, simul ac semel detonaret.

Motûs Rusticanorum per Austriam.

At ne sic quidem, dùm *Rex* pace fruitur, *Cæsar* pace frui sustinuit. Præter enim *Rusticanorum*, in causa *Religionis*, per *Austriam* magno numero consurgentium, *motûs*: quos tandem *Pappenheiminus*, *Rebellantium scopulus*, distrivit ac compescuit. Recens & *quartum* per *Pomeraniam Fridlandi impotentia*, longe gravissimum, suscitavit *bellum*. Quòd is

effet

esset ejus hominis spiritus. Ut, quò majores opes honoresque fuisset consecutus, tantò ampliores concupisceret, mox ad *Regna* & *sceptra* aspiraturus. Tàm difficile est impotentiam regere, & luxuriantem concoquere felicitatem. Neque enim iste talis erat, ut fortunam moderatè pati posset. Quippe, ubi, nomine & indulgentia *Cæsaris*, semet ipso sublimior, *Fridlandiæ Ducis* titulis axioma *Ducatûs Megapolitani*, ejectis *Principibus* hæreditariis, adjecisset. Amplum vicinæ *Pomeraniæ* patrimonium, quod porrò appeteret, visum fuit opportunum. Deerat *prætextus*, aliàs *sub bello facilis*. Cùmque *Dux*, *Cæsari* obsequentior, nihil deliquisset accusatione dignum, hanc illi sive constantiam, sive innocentiam, cœpit invidere. Mallet enim reum esse. Itaque alius quærendus erat color. Sicque *Pomerania* sub confertissimis exerce-

Fridlandus, felicitate ebrius, inhiat Pomeraniæ.

baturlegionibus. An *Bogislaus*, *Dux* ipse, per id genus afflictiones irritari possit, quò *Fridlandi* militiam accusaret. Ità futurum, ut, suppeditatis justarum irarum caussis, *Bogislaum Fridlandus, patremfamiliâs hospes, dominum extraneus*, tanquam purgamentum quoddam, simulatque extrà provinciam rejiceret. At defuit occasio. Hanc ipse fabricans *Fridlandus Stralesundam*, provinciæ clavem, ac civitatem maritimam, primùm *emunctionibus* nummorum, dein admotis *castris*, per severam violentamque oppugnationem, etentavit. Supplicans autem *Cæsari* civitas obsidionis obtinuit vacationem. Hæc *Fridlandum* graviùs torsit *repulsa.* Ut non multò post, tanquam præeunte *conjuratione*, rediret ad constitutum. Civitatemque stringeret acriùs. Cui cùm anteà *Gustavus Rex Sueciæ* pulveris pyrii commodâsset pro-

Oppugnat *Stralesundam.*

Hinc novissimum sub *Gustavo Sueciæ Rege* supereaccedit bellum.

proventum, jam integras, pro accuratiori defensione, suppeditavit legiones. Hæc *alterius* & novissimi *belli* præsens fuit *materia*. Quòd enim *Rex* aliâs, ob triplicem, prout objecit, injuriam, partim, quòd *Fridlandus* auxiliares contrà se se, sub *Arnhemio*, *Sigismundo Poloniæ Regi* misisset legiones. Partim sub *Pacificatione Danica*, apud *Lûbeccam* aperta, *Suecicos* à limine tractatuum rejecisset legatos. Partim denique *Duces Megapolitanos* patrimonio privâsset. Haud frigidè indignaretur. *Triplex* quoque occurrebat sive occasio, sive *accusatio*. Quas ob vindicia in *Imperium*, finito opportunè *bello Polonico*, transferret arma.

Caussarũ, hoc bellũ suadentiũ, ternarius.

Quæ dùm fervent intrâ *Sueciam*, *Italicum* in caussa successionis apud *Ducatũ Mantuanũ*, ab excessu *Vincētii Ducis*, intercessit *bellum*. Hanc ut cõtroversiã, per *Ducẽ Nivernẽsẽ*, per *Galliarum*,

Bellum Mantuanum.

Cum Regis, motam, Cæsar decideret. Valido enim in Italiam per fauces Rhaticas infuso exercitu, Mantuam expugnavit. Qua in potestatem redacta, Cæsari obsequium Nivernensis non ampliùs negavit.

Bellum Suecicum.

Despumante belli extraordinarii, nempè Mantuani, fabulâ, ordinarium & quidem Suecicum istud, emersit ac succrevit bellum. Ubi enim Gustavus Rex, sub Stralesunda, civitatis illius maritimæ, & Suecia aquarum compendio vicinæ, obsidione, à Fridlando jam tùm irritatus, lacesseretur.

Cui supervenit.

Cæsaris Edictum in caussa Bonorum Ecclesiastiscorum.

Fato ceu quodam usuvenit, ut, ad Ordinum Imperii Catholicorum solicitationes, super Bonorum Ecclesiasticorum, post Passavinam illam Transactionem interceptorum, restitutione, simulatque Cæsar contrà Ordines Protestantes publicaret Edictum. Quod dùm Ioan. Georgius Saxoniæ Elector frustrà impugnat: procedente jam tùm severa Execu-

tionis rigore. Ecce! *Gustavus Rex* caussas sub rescripto divulgavit. Quibus pridèm lacessitus honorem regiamque suam tueri, armaque in *Imperium* transferre, cogatur. Dicta fuêre cum effecto. Ilicet enim instructas per *Stralesundam*, *Fridlando* ereptam, in *Pomeraniam* infúdit copias, ulteriùs, si fortuna plausum faxit, progressuras. Neque minùs fecit *Saxoniæ Elector*.

Gustavi Sueciæ Regis clarigatio.

Quanquam enim nondùm cum *advena Rege*, ob *Religionis* paritatem, sociâsset fœdus. Necdùm arma præparâsset. Sic tamen recèns edito *Augustana Confeßionis*, PUPILLÆ dictæ, canone, mentem singulari confidentia declaravit. Ut tu videres, hæc *Electoris* verba non, è *Plutarchi* præscripto, *civitate opus habere*. Sed novum intrà *Saxoniam* designare *bellum*.

Saxoniæ Electoris Apologeticus, Augustanæ Confeßionis PVPILLÆ dictus.

Fato velut acciderat, ut *Fridlandus*, post diductas cum *Daniæ*

Fridlandi in provocando *Suecia Rege*, importunitas.

Rege pacis rationes, esset sine hoste. Hujusque otii pertæsus *novum* è *Suecia* provocaret *hostem*. Nec satis fuit, *Duces Megapolitanos* è patrimonio ejecisse. Etiam *Pomerania* struebantur insidiæ, an captari posset. Nocuit, *Bogislaum* provinciæ dominum hactenùs esse *Cæsari* morigerum, atque insontem. Ideoque alius, per importunam *Stralesunda*, bisque adversùs *Cæsaris* assensum tentatam, oppugnationem, quæsitus color. Sed obstitit *bellicosus Suecia Rex*, *lasciva Fridlandi* rebus sub florentibus *vitulatione* in bellum pertractus. Hic cùm, per auxilii occasionem, civitatem illam maritimam, portu opportunam, *Fridlando* ereptam, sibi compendifecisset. Iusta domi præparavit arma. Quibus in *Imperium* progrederetur, jam tùm novissimis, super *Bonorum Ecclesiasticorum* repetitione, *dissi-*

dißidiis scissum. Quanquam igitur, ex lege *Edicti*, aliquousque processisset *Executionis* rigor. *Catholici* tamen, sive *Ligariani*, plerique *Principes* mallent *Imperium* tandem tranquillari, quàm denuò perturbari. Præsertim dùm armatus *Sueciæ Rex* succederet in partes. *Principesque Protestantes*, hactenùs *Cæsari* utiles, in causa *Religionis*, clàm palàm conclassarent. Absque his omnibus erat, ut *Fridlandus*, supinam ob insolentiam, copiarumq; amplitudinem, ipsismet penè *Electoribus Catholicis* metueretur, tanquam res novas agens. Qui ne sine bello esset, post acceptam à *Stralesundanis*, ope *Suecorum*, repulsam, furiosum *Magdeburgo*, civitati mediterraneæ & potenti, intulit *bellum*. Cùm tegere debuisset, terere maluit. Quibus igitur cuniculis *Stralesundam* petierat, iisdem hanc quoque fuit aggressus.

Iste à *Stralesundanis* ope *Suecorum*, repulsus, infestat *Magdeburgum*.

Ni-

Tempore belli, *opulentia* facilè invenit hostem.

Nimirùm, dùm nihil peccâsset, quòd munita, quòd potens, esset civitas, sons evasit. Prout enim aliàs *pannuceus* & inops *coràm latrone securus* est. Quis enim nudo detraheret amiculum? Consimiliter, & vice versa, fit *in bello*. Ut hîc maximè *opulentia* inveniat *hostem*. Si caussa minùs est in promptu, vel in *scirpo*, quod ajunt, quæritur *nodus*. Hoc exactè callens magisterium *Fridlandus*, primitùs *annona*, mox *nummis*, emunxit *Magdeburgenses*. Nisi pareant, confertissimas interminatus copias, omnia per agrum & viciniam ad exhaustum redacturas. Quid faceret, confertis obsessa copiis, civitas? *Commeatum*, toties *Cæsaris* legionibus erogatum, denuò impendit, *nummos* denuò promisit. Sed nihil profectum est. Ipsius enim civitatis *deditionem* postulare. Et, cùm *S. P. Q. Magdeburgius* *Cæsaris* opem missis legatis implorare,

rare, criminumque objectionem coram purgare, niteretur, *Fridlandus* obstare cœpit. Magisque *Cæsaris* indignationem contrà obsessos provocavit, quàm declinavit. Has inter angustias, fœderatæ *Civitates Maritimæ Magdeburgensium* caussam priùs apud *Fridlandum*, mox *Cæsarem*, egêre. Cùmque asperitas *Fridlandi* malè flecteretur, *Austriaci Cæsaris* lenitas flexa jussit parcere civibus. Sic *Fridlandus*, ex mandato, sustulit obsidionem.

Cæsaris ex mandato *Magdeburgi* oppugnationem tollit *Fridlandus*.

Contigerant induciæ *Magdeburgensibus*, sed malè diuturnæ. Quippe *Gustavus*, *Sueciæ Rex*, pacta constitutaque cum *Polonis* pace, pro *Ducum Megapolitanorum*, è patria ejectorum, restitutione, validum in *Pomeraniam* infudit exercitum. Cùmque instituti rationes *Imperii Electoribus* aperuisset, contrà *Fridlandum*, *Cæsarisq;* copias, per *Pomeniam*, & *Megapolitanam* provinciam,

Sueciæ Rex copias infudit in *Pomeraniam*.

ciam,

ciam, diffusas, rectà direxit :, successivè perventurus ad *Magdeburgum*. Inter hæc, tanquam ex composito, accidit, ut *Saxo*, & *Brandeburgius*, *Electores Protestantes*, nec non *Suevia Circulus*, aliique *Imperii Principes*, *Ordinesque*, tàm super militaribus *Fridlandi* insolentiis, quàm *Edicti Cæsarei*, in caussa *Religionis*, & *Bonorum Ecclesiasticorum*, rigore, conceptissimis verbis conquererentur. Quæ quidem *Cæsarem* movit interpellatio. Ut pacis in *Imperio* reducendæ cupidus, apud *Ratisbonam* aperiret *comitia*, utique querelarum inspiciendarum caussâ. Neque, quoad *Fridlandi* militiam, dissensêre *Electores Catholici*. Utpote quibus istius hominis *actiones*, *mores*, *fastus*, *luxuries*, ac *potentia*, jam-pridèm cœperant esse suspecta. Neque enim isti satis fuit, *Sueciæ Regem* provocâsse. Ut non mi-

Electores tàm Protestantes, quàm *Catholici*, sub *Imperii comitiis*, super *Fridlandi* impotentia, & exactionibus, conqueruntur.

minùs cum *Poloniæ Daniæq; Regibus* per litteras rixaretur. Tantùmque non plerisque *Imperii Electoribus* videretur velle insultare. Iam tùm *Gustavus Rex*, *Fridlandi* provocationibus excitus, trajecto maritenùs exercitu, *Rugiam* insulam, *Pomeraniæ* clavem occupârat. Cùm, ferventibus apud *Ratisponam Imperii comitiis*, præter *Bogislaum Pomeraniæ Ducem*, super corrupta militari disciplina, exactionibus vexationibusque variis, inter cæteros, quiritantem, *Electores* tàm universi, quàm singuli, plerorumque excessuum, & inchoantis *belli Suecici*, caussas in *Fridlandi impotentiam* rejecêre. Adeoque tanquam sub accusationum volumine, hominis imaginem, *Emunctoris* & *Tyranni* similem, *Cæsari* repræsentârunt. Nec non ejus exautorationem instanter quæsiêre. Quid fit? *Electoribus*, tot

tot querelarum cathenam nectentibus, morem gessit *Cæsar*, & *Fridlandus Cæsari*. Quod enim insolens videri poterat, cùm abrogari sibi imperium militare à denunciatoribus hausisset. Tantùm abest, ut, paulò antè facilè insolentissimus, stomacharetur. Ut *agno* penè *mitior*, cum modestia locutus, etiam verbis gratias ageret *Cæsari*, pro eo, quòd hactenùs potissimarum copiarum se duce & archistratego uti voluisset. Intùs tamen, & animo, crudele non penitùs dissimulare posset in *Electores* odium. Dùm longo post tempore, & supremùm, adjecit, Pateretur utique *Cæsar* eam gratiam, qua *Principis* titulos possessionesque contulisset, sibi facere perpetuam. Auresque *adversariis suis* inclinare minùs. Nec mora, quò *Principis* magnanimitatem declararet, etiam legatos *Cæsaris*, tametsi obnunciantes, muneribus affecit. Hoc solo

Hinc *Cæsar* militare imperiū isti abrogat.

ſolo nomine fortè commendandus, quòd dux militaris alioquin haud infelix ad *ſeveritatem*, *magnificentiæ miſtam*, largasque munerum, non in quoslibet, ſed homines illuſtres, & in dignitate poſitos, diſpenſationes natus-factus videretur. Monſtro ſimilis in oculis *Electorum* fuit *Fridlandi* modeſtia. Ut faterentur, rem magnam iſtum præſtare, dùm præſentem reverenter habere cœpiſſet fortunam. Si nunc *Electores* ſuos nuncupet *adverſarios*, utique à quibus coràm *Cæſare* fuiſſet accuſatus, nedùm hoc valdè negari. *Electores* enim *Imperii Exactorem* iſtum conſtanter accuſare. Qui quidem eò eſſet redigendus. Quò æs, ab *Imperii* membris emunctum, refundat. Eandem ſuper *Ducatûs Megapolitani reſtitutione*, militare ſententiam. Tametſi enim de regionibus, intrà hæreditarias *Cæſaris* provincias præmii loco conceſſis, nihil

Fridlandi faſtus munificentiæ, & ſeveritati miſtus.

Electores accuſant *Fridlandū*, tanquam *Imperii Exactorem*.

Utique cui Ducatus Megapolitanus veniat eripiendus.

disceptent. Rem secùs habere cum *Imperii Principibus*. Ut, citrà *Criminis læsæ majestatis* reatum, *Ducatus Megapolitanus Fridlando* conferri malè possit.

Cæsar, & Electores, sub comitiis, in Sueciæ Regem bellum decernunt.

His arietibus expugnata *Fridlandi* ferocia submisit spiritum. Cùmque *Gustavus*, *Sueciæ Rex*, publicatis facti sui incentivis, ultricia in *Pomeraniam*, *Imperii* provinciam, protulisset arma, priusquàm *comitia* exspirarent, in eum decerni cœpit *bellum*. Anteà luxuriantes sub *Fridlando* legiones quasi falce immissa demeti cœperant, copiis *Cæsaris* ad moderatam multitudinem reductis.

Iam autem, *novissimo* surgente *bello*, & quidem sub *Rege* non minùs *bellicoso*, quàm *felice*, opus erat instructo & frugali *exercitu*, qui maritimas inprimis tueretur partes. Deeratque *caput & dux*, qui revocatos sub disciplinam catervas ab

ab ocio ad negotium prudenter inflecteret. Neque enim tralatitium sub bellatore Rege, qui *Polonis* extorserat pacem, instabat *bellum*. Ut tantò magis *exercitatus*, *felix*, & *circumspectus*, requireretur *archistrategus*. Qui resistere & sciret, & posset. Complures *Cæsar* habebat *strategos*, & *duces*, delectum non habebat. Versabatur in animis oculisque generosa & victrix *Maximiliani*, *Bavariæ Electoris*, felicis nuper *dictatoris*, *virtus*. Sed obstitit ejusdem *potentia*. Non defuêre enim *Cæsari* dissuasores, qui oggererent, *principem*, ad quævis magna natum, si fortunâ utatur benignâ, ac permanente, victorias fortè non ampliùs cum *Cæsare* facturum communes. Eò, quòd tanti *Principis* potentia successu armorum augeri facilè possit, facilè, si resistat, inflecti non possit.

Super novo *Cæsareanarum* copiarum *Archistratego* deliberatur.

Maximiliani Electoris Bavariæ virtus & *felicitas* prædicantur.

Sed suspecta quibusdam sit *potentia.*

tanquam magnanimus & sapiens heros, qui *Cæsari*, utique victum ac debellatum, restituisset *Bohemiæ Regnum*, aut legiones, aut unam alteramque provinciam, aut hoc illudque fortalitium, bello partum, magis detinere, quàm reddere, voluisset.

In *Thillyū* igitur *Cæsareana* quæque militiæ devolvitur imperium.

Hoc obstante respectû, in *Thillyum*, *Maximiliani Electoris legatum*, vicaria simulatque devolvi cæpit administratio. Utpote cui pari facilitate dari subtrahique militare sustineat imperium. Hic non tàm *prudentia* ac *modestia*, quàm *felicitate* & *autoritate*, præditus, initiò, dùm *Ferdinandi Cæsaris*, & *Maximiliani Electoris*, domini sui, stetit fortuna, *Gustavi Regis*, itemque *Electorum Protestantium*, armis par videbatur, tàm obviàm ire & lacessere, quàm præliari ac vincere, doctus. At, ubi fortuna, plerùmque instabilis, semel movit vultum, *Regemq; advenam*, & *Pro-*

Proteſtantes, reſpexit. Tunc utique alio & novo exercitûs *Cæſareani* imperatore fuit opus: ſicut patebit in progreſſu.

Inter hæc, *Sueciæ Rex* præoccupat *Rugiæ* inſulam.

Hæc dùm apud *Ratiſponam*, ſub *Imperii comitiis*, aguntur, intereà *Guſtavus Rex*, præoccupatâ *Rugiæ* inſulâ, cum *claſſe*, quâ *trigintà* ſtipendiariorum vehebat *millia*, apud *Stetinum* appulit: cæteris penes *Uſedomum*, *Wollinumque*, cujuſmodi jam tùm ſub poteſtatem ierant, excenſionē faciētibus *legionibus*. Initiò *Dux Pomeraniæ*, hactenùs *Cæſari* & *Imperio* fidelis, *Suecis* reſtitit. Sed *Rex*, non minùs *fortis* quàm *facundus*, cùm ſe liberandæ ab *exactoribus* patriæ cauſsâ adveniſſe expoſuiſſet, poſt prolixam tergiverſationem, cùm *reſtitutionem regionis* promitteret, civitatis ducalis deditionem *mellitis verborum globulis*, quibus interdùm *minas militares*, ceu *floſculos* quoſdam, interſperſerat, perſuaſit. *Ste-*

Itemque *Stetinum*, & *Stargardiam*.

tino potitus, *Stargardiam* expugnavit. Cùmque certis sub legibus cum *Bogislao Pomeraniæ Duce* transegisset, copias in *Ducatum Megapolitanum* traduxit. Hic, iisdem usus verbis *sesamo ac papavere sparsis*, per *diplomata* & *edicta* subditorum animos, ad se, patriæ vindicem, respicere jussos, occupavit. Qua præventâ benevolentiâ, mox *Savellii Ducis*, legati *Fridlandici*, fudit legiones. Hæc, intrà *Megapolitanos* parta, *victoria* non tralatitium rebus per *Pomeraniam* gerendis adjecit incrementum. Etenim mox, *Colbergâ*, *Griffenhagâ*, & *Gartzio*, expugnatis, successivè totam à *Cæsareanis* purgavit *Pomeraniam*.

Transiens in *Megapolitanos* fundit *Savellium Ducem*.

Griffenhagam & *Gartzium* expugnat.

Id genus initiales *Regis* successûs *Christiano Guilielmo*, *Marchioni Brandeburgio*, *Primatûs Magdeburgensis Administratori*, jam-pridèm super *Fridlandi* militia conquerenti, addi-

addidêre stimulos. Hic ut *S. P. Q. Magdeburgium Regi* conciliaret, resque novas ageret. Accessit *Saxoniæ Electoris*, in puncto *restitutionis Bonorum Ecclesiasticorum*, offensa, cum aliis *Protestantibus Imperii Ordinibus* communis. Quæ, post publicatum suprà *Augustanæ Confessionis*, dictæ κατ' ἐξοχὴν PUPILLÆ, canonem, itidem ad *bellum* spectavit. Quippe, coacto apud *Lipsiam Protestantium* conventu, decreta illic facta, institutumq; suum, cœpit publicare.

Primatûs Magdeburgius sese *Suecis* applicat.

Electorum Ordinumque Protestantium Conventus apud *Lipsiam*.

Sic cùm anteà *Cæsar* hostilem in hoc *Imperium* adventum armato *Sueciæ Regi* exprobrâsset. Iam quoq; tàm per litteras, quàm legatos, *Saxoniæ Electorem* dehortari non destitit. Quibus armorum studium minùs expectorantibus, per *mandata* rem egit. Iisque quietem, armorumque missionem, præscripsit *Protestantibus*. Verùm longiùs

Eorundē conclaſſatio *Suecicā* adjuvat militiam.

proceſſerant *Electorum Principum Ordinumque* conclaſſationes. Quàm ut arma ſine armis cohiberi poſſent.

Hæc opportuna *Proteſtantium* militia rebus *Guſtavi Regis* impendiò favit. Ut, *Thillyo* potiſſimis cum copiis contrà *Saxoniæ Electorem*, conſiſtente, interim *Rex*, notabile citrà impendium, inſtituti ſui curſum perſequeretur. Qui dùm felicibus innotuiſſet ſub auſpiciis, *ecce! Ludovicus XIII. Galliarum Rex Ferdinando Cæſari*, ob *bellum* nuper *Mantuanum*, infenſus, cum *Suecis*, ſuper *Imperio* coërcendo, ſociavit fœdus. Tanquam cùm alter *Rex* gravis eſſe cœpiſſet *Germaniæ*, alter communem ad perditionem pondus adijceret. Intricatior hæc res viſa, quàm ut ſanari poſſe putaretur. Iam tùm enim conferta hæc armorum, contrà *Cæſarem*, directorum, ſcena non ad ſimplex aliquod, aut duplex quo-

Contrà *Cæſarem Galliarum Rex* cum *Sueciæ Rege* ſociat fœdus.

que,

que, *bellum*, sed *tumultum*, spectabat.

Nec minùs jàm tùm, instigante *Primatûs Administratore, in* partes *Suecorum* transierat *Magdeburgum.* Hæc ut urbs mediterranea, potens, ac munita, magnam *Cæsareanarum* copiarum partem ad sui oppugnationem raperet. Mirabile est, quod hîc accidit. Eodem enim die, quo, super *Magdeburgi* obsidione, *Thillyus*, *Pappenheimius*, *Gronsfeldius*, aliique militiæ *Bavaricæ* megistanes, apud *Hamelium*, ditionis *Brunsuicensis* ad *Visurgim* fortalitium, deliberârunt, sæviente ventorum tempestate, *è civitatis Magdeburgensis turribus decußi apices, inque terram defixi*: indicio, mox urbem à culmine ruituram. Qua de re alibi visum est.

Excidium *Magdeburgicum omne* præsignificati

Commodùm hanc, velut *Atalantæ* pomum, *Gustavus Rex* objecerat *Thillyo*. Quò hîc ille exercitûs

Ad ejusce civitatis obsidionē universæ penè *Cæsaris* convertuntur vires.

sui robur, *Sueciæ* formidabile, attereret. *Rex* autem jam tùm per *Marchionatum Brandeburgicum* progrediens, impediretur minùs. Neque aliter, ac destinatum erat, factum est. Quòd enim totus *Thillyus* in *Regem* ducere non posset, *Pappenheimium* contrà *Magdeburgum* ire, & *Schavvenburgium Regi* resistere, jussit. Dùm ipse integro cum exercitu parti huic, vel illi, laboranti succurreret. At impar ferocis, & minimè feriantis, *Regis* militiæ *Schavvenburgius*, prohibere non potuit. Quin *Rex Francofordiam Oderanam*, integris *Cæsaris* legionibus infessam defensamque, vi injecta expugnaret: manubiis indè relatis splendidis. Hæc inusitata *Regis* felicitas totum ferè conterruit *Imperium*. Undè *Thillyus*, veteranis auctus legionibus, in *Marchionatum* quidem produxit, &

Sueciæ Rex expugnat Francofordiam Oderanam.

Nea-

Neobrandeburgum Kniphusenio extorsit. At, quòd Rex intervenientè cum Electore Brandeburgio transactione, Magdeburgo laboranti mallet opem ferre, & promissis stare, mox copias retraxit. Ne quid Rex à tergo noceret, designaretque graviùs, Magdeburgo fortè potitus. Hæc enim ingentis belli officina totum requirere visa Thillyum. Qui, quò urbs, amplis foris circumdata munimentis, Regis militię eripi, inq; potestatem redigi, posset, unà cum Pappenheimio, totis in istius expugnationē incubuit viribus. Urbs dùm sive fortunā, sive fatum suum, olim à vatibus præsignificatum, non capit, eò, quòd regio usa præfecto, regiisque unicè ex pacto niteretur auxiliis, Thillyo toties conceptissimis verbis deditionem inculcanti, morem gerere recusavit. Undè cùm Rex, veteranum Thillyani exercitûs robur suspectum habens, re-

Thillyus Neobrandeburgum Suecis extorquet.

Totis viribus contrà Magdeburgum se cōvertit.

Vaticiniū P. Lotichii Sec.

rum summam præcipitare nec vellet, nec posset, à *Saxoniæ Electore*, pro obsessæ civitatis eliberatione, tàm trajectum *Albis* pro transitu, quàm auxiliariorum copiarum sociationem, corrogavit. At *Elector*, utpote qui *Cæsari* nondùm professum indixisset bellum, pro tempore negavit utrumque. Sic factum, ut civitas vetusta ac potens tàm propriis, quàm alienis, confisa viribus, ultimam ad necessitatem deducta, vi injecta expugnaretur. Quæ dùm fervet *calamitas*, ecce! *miles Pappenheimianus* in vallum & interiora civitatis propugnacula inter primos irrumpens, de industria *faces ædibus subjecit*, tanquam incendio vires præsidii, ac civium, distracturus.

Flebilis urbis *Magdeburgensis* expugnatio.

At præter exspectationem, & ex transverso, res cecidit. Inter cædes enim, mutuasque digladiationes, flamma viribus aucta excessit mo-

Ejusque halosis excidiumq;.

modum. Totamque civitatem, non sine miserimo humanæ calamitatis spectaculo, in cineres redegit: *ade cathedrali*, & *paucis* ad *Albim casis piscatoriis*, ab infortunio servatis. Nulla vox est, quæ miseriæ *Magdeburgensis* magnitudinem possit comprehendere. Quicquid enim dixero, minus erit. Maluisset, inquam, *Thillyus* servare civitatem, utique ingens militiæ suæ, si stetisset, incrementum daturam. At, sicut paulò antè, non sine *funesto omine*, *apices è turribus vento dejecti* prociderant. Ità per incendium *civitatis vetustæ culmen, decus, potentia opesq;*, periêre penitùs. Neque *Thillyo*, *Pappenheimioq;*, hoc hujus civitatis *excidium*, hæc *halosis*, pepercit. Simulatque enim, quanquam præter institutum, *Magdeburgum* evertissent, fortunam belli quoque evertêre.

Et inaudita ferè calamitas.

Peractâ hac *tragœdiâ*, *Thillyus*

Thillyus per legatos *Saxoniæ Electorem* interpellat.

lyus catastrophen *Magdeburgicam Saxoniæ Electori* litteris significavit. An fortè decretis apud *Lipsiam* conclassationibus terrorem moramque objicere, juxtaque mentibus consternatione rerum pavidis quietis studium præscribere, posset. At *Elector* cùm minimè probaret flebile vetustæ urbis *excidium, ferè sine exemplo*, & inauditum. Minùs tamen legatorum, super pace verba facturorum, improbavit missiculationem. Nondùm enim, sequestrato *Ferdinandi Cæsaris* respectu, cum *Gustavo Rege* commune fecerat bellicontubernium. Quod ne coiret, *Thillyus* utrique pro virili impedire conabatur. Qui, dùm *Saxoniæ Inferioris Principes*, super decreti illius *Lipsiensis* admissione, deliberant, *Italico Cæsaris* exercitu in *Sueviam, Franconiamque*, immisso, earum provinciarum *Circulis* fœderis *Lipsici* renunciationem

Italicus Cæsaris exercitus *Decreti Lipsiensis* missionem urget.

ex-

expressit. Hoc non obstante rictu, *Saxoniæ Elector* institutum perseverans, novam aperuit apud *Dresdam diatam.* Quam dùm *Electores Catholici Thillyusq;* inpugnant. Nihilo-minùs *Saxo*, & *fœderati*, copias expediunt, urgentq; cœptum. Hæc ne vires sumeret confidentia, *Thillyus* in *Heßiam Thuringiamque* infudit exercitum. Sed *Rex*, superato *Albi*, apud *Werbenam* castra metatus, in *Pappenheimium* animadvertere cœpit. Undè *Thillyus* conjunctis *Regem* persecutus copiis intrà castra redegit, pugnæ copiam non daturum, antequàm rectior aperiatur occasio. Itaque hic, defecto cõmeätu, copias denuò in *Heßiam* reductas contrà *Saxoniæ Electorem* convertere cœpit. Eo instituto, an interea plagam infligere, armorumq; cũ *Suecis* conjunctionem distrahere, liceat. At *Elector*, *tractatibus per legatos* frustrà tentatis, cùm ensis instaret iugulo, necessitate prçventus, arma de-

Diæta Dresdensis.

Sueciæ Regis castra apud *Werbenam* urget *Thillyus.*

Mox in *Saxoniam* movet.

Saxoniæ Elector copias cum *Sueciæ Rege* sociat.

demùm cum *Rege* sociavit. Pupugit hæc unio *Thillyum*. Qui ubi *Lipsiam* intercepisset, in occursum duxit: *Rege* & *Electore* jam tùm, ne *Saxonia* sub diversis, hostilibus, & confertissimis, exercitibus distereretur, pugnam haud detrectantibus. Ventum erat ad teli conjectum. Ubi altera parte *Thillyus*, altera *Rex*, formavit aciem. Mox, signis concurrentibus, *Rex* præliminari usus *stratagemate*, primùm *novitias Electoris copias* objecit *Cæsareanis*, ipse *veteranas* & proprias de industria, tanquam *triarios*, retrahens legiones. Neque defuit successus. Postquàm enim *Cæsareanorum* robur *Saxonica* dissipavit tyrocinia. *Rex* sive fessis, sive victoriam sibi promittentibus, cum *triariorum* suorum copiis, superveniens, plenam, luculentam, & illustrem, victoribus extorsit victoriam.

Pugna apud *Lipsiã*. Qua vincitur *Thillyus*.

Qua

Qua feliciter potitus *Erphordiam* occupavit, per *Thuringos* in *Franconiam* promotis castris. Nec mora, *Aula Regia*, sic dictum regionis fortalitium, *Schvvinfurtum*, & *Herbipolis*, civitates, *victoris* paruêre imperio. Sola arx *Herbipolitana* restitit, vi expugnata. In qua, *Principe* absentivo, & cum rebus pretiosissimis *Coloniam Agrippinam* evadente, nihilo-minùs id genus inventa argenti signati, & rerum pretiosarum, *cornucopia*. Cujusmodi regio facilè sufficeret splendori. *Franconiâ* sub leges redactâ, *Bambergensis* paulò contentiùs restitit *Episcopatus*. *Rex* proinde, è *Mœno* ad *Rheni* partes deflectens, *Hanoviam* arte, *Francofurtum* per tractatûs, occupavit. Ex hisce velut receptibus *Rhenum* trajiciens *Oppenheimium*, partesque *Inferioris Palatinatûs*, cum *Weteraviæ* districtu, intercepit. Mox *Moguntiacum* deditione subjugavit:

Rex victor per Thuringiam in Franconiā procedit.

Aulam Regiam occupat.

Arcem Herbipol. expugnat.

Hanovia, Francofurto, & Moguntia, potitur.

jugavit : *Electore* paulo antè secundo *Rheno Coloniam* sese subducente.

Saxoniæ Elector capit *Pragam, Egrámque.*

Hos intrà terminos stante *Regis* fortuna, *Elector Saxoniæ*, suas *in Bohemiam* infundens copias, *Pragam*, regni metropolim, *Egram*, aliasque civitates, occupavit. Sic, ut, partitis vicibus, *Rex Mœni Rhenique* tractûs, militiæ suæ opportunos, *Elector* autem vicinum *Bohemiæ Regnum*, invaderet.

Thillyus, ad *Visurgim* dilapsus,

per *Hessiã* vires restaurat.

Quid verò *Thillyus*? Hic magis vincere, quàm vinci, solitus, post acceptam in *campis Lipsicis cladem*, in partes *Visurgis*, milite proprio auspiciis *Gronsfeldii* firmatas, recessit, illic dispersas & palantes recollecturus catervas. Commodùm autem accidit, ut aliquammultas *Fuggerus* in *Hessiam* adduxisset legiones. His usus *Thillyus* in *Franconiam* promovit, arci *Herbipolitanæ*, si liceat, opem laturus. At nimis serò. *Rex* enim

enim jam tùm *ultrà vota*, etiam hujusce expugnationis successu, evaserat *felix*. Paulò antè inter *Electores ordinesq; Catholicos*, & *Protestantes*, apud *Francofurtum*, super mutuæ pacis compositione, fervere cœperant *tractatûs*. Cujusmodi, *clade* interveniente *Lipsica*, ilicet & penitùs dissoluti. Quòd igitur *Inferioris Saxoniæ*, & *Guestphaliæ*, *Circulorum*, *Principes* respicerent, pro more, ad *victores* & feliciores, nempè *Suecos* & *Saxones*. *Ferdinandus Cæsar*, collapsam militiæ suæ œconomiam restauraturus, cùm appareret, ingentis belli negotiis & moli, totq; consurgentibus undiquaque hostibus, unicum haud sufficere *Thillyum*, præsertim rebus afflictis & cadentib⁹. *Fridlandum* ab ocio ad negotium revocavit. Hic, *Thilly* infortunio quanquam abundè satiâsset invidiam suam, nihilo-minùs, exautorationis nuperæ, & supercilii sui, memor, ini-

Diæta Frācofurtensis turbatur.

Ferdinandus. II. Imp. ad militiā revocat Fridlandū.

initiò ſeſe negavit. Donec impe-rium militare ex voto conſecutus pertinaciam depoſuit.

Colonia Agrippina, & Dux Palatino-Neoburgius, medietatis jus à Suecia Rege petūt.

Hoc tempore *Guſtavi Regis* ſucceſſibus territa *Colonia Agrippina*, urbium *Germaniæ* facilè ampliſſima, unà cum *Duce Neoburgo-Palatino*, legatos dimiſit *Moguntiam*, medietatis jus *à Rege* oraturos. Hæc ulterior ne *Suecis* obtingeret præda, ecce! *Galliarum Rex*, pro lege *fœderis*, præoccupatâ nuper *Auſtraſiâ*, non ſaltèm in *Aliſatiam* diffudit legiones, Sed etiam *Archiepiſcopatum Trevirenſem*, ſub *Suecica* fortuna trepidantem, admiſit in protectionem. Ità factum, ut, hac quoque parte interjectis armis *Gallicanis*, *tanquam obice quodam*, *Guſtavi Regis*, in partibus *Rheni*, ſiſteretur curſus. Rectiùsque affulgeret *Colonienſium* urbi, & *Principibus*, tàm urbis receptu & aſylo utentibus, quàm eas *Ubiorū* partes incolentib⁹, reſpirādi ſpatiū. Iam

Galliarum Rex Archiepiſcopatū Trevirenſem intercipit.

Iam denuò pro *Cæsare* arma parabat *Fridlandus*, amplissimis imperii militaris conditionibus auctus. Cùm *Sueciæ Rex*, *Gallicanarum* legionum per *Trevirenses* interjectu, arma *Inferiorem* convertit in *Palatinatum*. Quo *Hispanis* erepto, posteaquàm *Thillyus*, novo exercitu instructus, *Regis* legatum *Gustavum Hornium* ejecisset *Papebergâ*, in *Franconiam* promovit, cum *Thillyo* super rerum summa denuò certaturus. Neque pinguis *Regem* fraudavit destinatio. In *Noricum* enim profectus, interceptâ *Donavverthâ*, cum *Thillyo*, ad *Lycum Bavariæ* aditûs servante, iteratò conflixit. Favit etiam his fortuna conatibus. *Thillyus* quippe, profligatis legionibus, ipse vulneratus, paulo post & militiæ, & vitæ, finem fecit. Cui, velut *Lauso* sub *Aenea* dextra cadenti, hoc qualecunque profuit sub morte solatium. Dum sub *Rege* cecidisset.

Iteratus *Sueciæ Regis* cum *Thillyo* ad *Lycum* cõflictus.

Quo occumbit *Thillyus*.

Tan-

Rex intrat *Augustam*, & *Monachium*.

Tanquam sic fata alternarent vices. Ut is, qui antea *Regem* vicisset, non nisi à *Rege* vinceretur. Sic *Rex*, denuò victor, *Augustam Vindelicorũ* intravit. Novasque civitati leges imposuit. Eâdem felicitate *Monachium* subegit, frustrà tentato *Ingolstadii* fortalitio : dubio procul *Ratisponam* petiturus, nisi hanc legiones *Bavaricæ* præripuissent prædam.

Tentat *Ingolstadium*.

Pertigerat ad plerorumque votorum summam *Rex*, *Thillyo* (quod unicè optare solitus erat) bis à se victo, & nunc quoque inter arma è vivis sublato. Sed nova instabant tropica, *Suecorum* successûs mox turbatura. Quòd enim *Superiorem* per *Germaniam* non modò *Rex* ipse victricia proferret signa. Sed etiam ejus legati *Tottus*, *Banerus*, *Lûneburgius*, *Guilielmus Vinariensis*, *Guilielmus Hessiæ Landgravius*, *Baudisius*, aliiq;, *Inferiorem* per *Saxoniam* *Guesphæ-*

Varii *Regis* apud *Infer. Saxoniam* militares legati.

Guestphaliamq;, res non minùs feliciter, quàm strenuè, gererent. Ecce! *militia Bavaricæ fulmen* illud *Pappenheimius* per *Ubios* ad *Visurgim* mitti cœpit, res illic *Cæsaris* laborantes curaturus. *Famâ geri bella*, olim *Q. Curtius* annotavit. Hujus effati verum hîc dabimus specimen. Quòd enim *Pappenheimii* virtus & fama integrum repræsentaret exercitum. Hic, ubi ad *Visurgim* & *Bavarica* prȩsidia, paucis stipatus necessariis, pervenisset. Eum de industria spargere jussit rumorem. Tanquam aliquammultæ ex *Ubiis* se sequerentur legiones. Oppugnabat pro tempore *Tottus Stadam*, *Banerus Magdeburgum*. Uterque locus *Bavarico* nitebatur præsidio, in aliquot veteranorum millenarios excurrente. Hos *triariòs* ut hostibus eriperet *Pappenheimius*, singularem adhibuit industriam. Mox, si res succedat, *novum* illinc formaturus *exercitum*. *Audentes* ajunt juvare *fortunam*. Profectò ità est. Hîc enim

In hos sine milite missus *Pappenheimius* admiranda præstat.

enim audentem fortemque juvit evidenter. Quippe, latè didita nominis sui, fictique exercitûs, famâ, ubi è *Nymburgo, Minda, Hammelio, Wolferbyto*, & cæteris id genus fortalitiis, *Bavarico* præsidio firmatis, bis mille & octingentos delegisset veteranos. Hac parva manu, sub carrorum custodia (sicut ipse postmodùm jactitabat) contrà *Magdeburgum* profectus, magnam partem noctu iter fecit. Ne vires, malè validæ, agnoscerentur. Industriam adjuvit fortitudo. *Banerum* enim, *decem armatorum millia* sub castris habentem, adventu suo ità terruit. Hic ut, præmissis præproperè impedimentis, obsidionem solveret. Veritus, ne *Pappenheimio*, integro instructoque, ceu putabat, cum exercitu appropinquanti, resistere malè posset. At hic ridere cœpit acumen hostium. Quòd sibi *Magdeburgum*, tunc laborans in ultimis, in-

Quippe collecta apud *Visurgim* parva manu,

Banerum, *Magdeburgum* oppugnantem, fugat.

ingenti calliditate decepti, tàm facilè, & ſine cæde, reddidiſſent. Ità, auctus tribus veteranorum millibus, corruptæ urbis munimenta complanavit. Quæ deinceps per *Suecos* inſeſſores reparata.

Iam eò uſque vires inſtruxerat *Pappenheimius*. Ut, fugato anteà *Banero*, nullus legatorum *Guſtavi Regis* facilè reſiſteret. Dùm enim *Guilielmus Vinarienſis* expugnat *Göttingam*. *Guilielmus Landgravius* tractum, pro more, exercet *Padebornenſem*. *Pappenheimius*, per latus *Gronsfeldii*, *Heſſos*, *Volckmarſam* occupantes, fudit. Ipſe autem *Einbeccam* civitatem, nuper per *convitia Bavaris* moleſtam, intercepit. Hîc aliquammultis nummorum extortis millibus, novas conſcripſit legiones. Cùmque *Heſſos* denuò apud *Huxtariam* profligâſſet, *Stadam*, civitatem *Hammaburgis* finitimam, properavit, jam tùm à *Totto* obſeſſam, vin-

Einbeccam capit.

H dica-

Stadam vindicat.

dicaturus. Votum fuit cum eventu. Tametsi enim *Georgius Lüneburgius*, tùm partium *Suecicarum*, inprimis *Tottus*, *Pappenheimii* institutum, objectis catervis, eludere conarentur. Hic tamen, fiducia belli utrisque superior, post contusos *Lüneburgios*, modò non in fugam conjecit *Suecos*. Sed etiam, unam alteramque ex illis legionem unà cum agminibus recèns conscriptis, cæcidit dissipavitq;. Hoc modo duobus insuper adjutus, sub *Rheinachero* & *Commargonio* tribunis, triariorum millibus, *Stadam* dereliquit, res alias acturus.

Francisc. Carolum Ducem Lavvenburgium, capit.

Adoleverant jam, ad justi exercitûs extensionem, *Pappenheimii vires*, ut nihil non feliciter auderet. Jam tùm enim *aliquot Gustavi Regis* contuderat *legatos*. E quibus *Franciscum Carolum Ducem Lavvenburgium*, nuperrimè captum, dimisit in custodiam. Quæ isti apud *Hammelium*, sub

sub *Ioan. Guilielmi Schöllhameri* prudentia, non nisi honestissima contigit. Cùm interim *Gustavus Rex Inferiorem* per *Palatinatum* tàm in *Hispanos* feliciter animadvertere, quàm per *Sueviam* & *Alisatiam* progressus facere, cœpit. Ut fortunæ suæ illis in partibus securus, etiam contrà *Austriacos* super fœdere solicitaret *Helvetiorum* *Rem publicam*. Huic ut *Cæsar* resisteret, validissimas sub *Fridlando* præparavit copias. Cujusmodi jam tùm per *Silesiam* in *Suecos*, per *Bohemiam* in *Saxones*, irent. Neque ferias egêre *Bavarici*. Qui post *Regem*, *Monachio* & provincia excedentem, sub *Altringerio*, novo copiarum *Ligarianarum* duce, per *Franconiam* & *Palatinatum Superiorem*, vires extenderunt.

Suecia Rex in Sueviã Alisatiamque ascendens, Helvetios super fœdere solicitat.

Sedentem olim *fortunam*, autore *Stobæo*, pinxerat *Apelles*. Eò, quòd

Fortunâ *Cæsaris* reduce, *Fridlandus* ejicit *Bohemiâ Saxones*. Iunctisque cum *Altringerio*, legato *Bavarico*, viribus, *Sueciæ Regem* apud *Noribergam* cõcludit. *Rex*, *Principum Protestantium* adjutus auxiliis, emergit. Et castra tentat *Fridlandica*.

loco stare non possit. Par ferè *Gustavi Regis*, & *Saxoniæ Electoris*, fortunæ debebatur effigies. Ea enim diutiùs haud stetit. Posteaquàm enim *Fridlandus*, validissimis instructus copiis, è *Bohemia*, secundũ *Pragam* recuperatam, ejecisset *Saxones*. Iunctis apud *Egram* cum *Maximiliano Bavariæ Electore* viribus, *Regem* antè *Noribergam* castrametantem conclusit. Tulit hoc impatientiùs tantus *Rex*, hactenùs non latitare, sed vincere, sed procedere, doctus. Qui ut ex angustiis emergeret, *fœderatorum Imperii Principum* auxiliis opus habuit. His *Rex* adjutus, magna cum ferocia iteratis assultibus *castra* tentavit *Fridlandica*. Sed non impunè. Cum damno enim toties rejectus pedem retraxit, alias, quibus vindictam exigeret, diducturus rationes.

Resurgente per *Bohemiam* & *Noricum* *Cæsaris* fortunâ, non minùs feli-

felices per *Guestphaliam Pappenheimius* extendere cœpit progressûs. Ut jam tùm regione illa *Moguntina*, inter *Hessiam Thuringiamq;* interjacente *Eichsfeldiam* vocat vulgus, sub potestatem revocata, per *Guestphaliam Hessiamque*, usque in *Thuringos* fulminaret. Quà ejus passim increbrescente fama, accidit, ut *Isabella Belgii Gubernatrix* super rejectione *Gallo Batavorum*, *Mosæ Trajectum* obsidentium, magnis pollicitationibus opem ejus imploraret. Nocuit id *Guestphaliæ* & partibus *Cæsaris*. *Pappenheimius* enim, medio sub victoriarum ad *Visurgim* cursu, in *Belgium*, gloriæ magis cupiditate, quàm pretio, abreptus, occasionem dedit. Ut, se absentivo, *Luneburgius*, *Landgravius*, cæterique *legati Suecici*, ex voto rem gererent, civitatesque paulò antè ereptas vindicarent. Prout autem hoc tempore diffusum & multiplex non

Pappenheimius, per *Guestphaliam* fulminans, *Eichsfeldiæ* tractum vindicat.

Ab *Hispanis* vocatur in *Belgium*.

Quo absente periclitatur *Guestphalia*.

uno loco gerebatur bellum. Ità *Gallicarum Rex*, *Suecorum* in partes succedens, tantùm non, post *Austrasiam* subactam, infestare cœpit *Alisatiam*. Verùm etiam, infusis diversa parte in *Archiepiscopatum Trevirensem* copiis, post exactos è provincia *Hispanos*, occupavit *Treverim*.

Galli occupant *Treverim*.

Suecia Rex denuò *Helvetios*, super fœdere, interpellat.

Accedentibus hisce *Gallorum* subsidiis, *Gustavus Rex*, cujus *per Silesiam* non contemnendo successu utebantur legiones, promotis è *Norico* castris, denuò *Helvetios* super *fœdere* interpellavit. At *Fridlandus*, reductis pariter è *Norico* exercitibus, ubi *Holckenium* in *Variscos* præmisisset, ipse in *Saxoniam* produxit: *Bavaris* paria facientibus. Neque suis defuit *Rex* partibus. Ubi enim *Vinariensem* in *Franconiam*, *Hornium* in agrum *Würtenbergicum*, amandâsset, ipse per *Noricum* ad *castrorum Fridlandicorum inspectionem* regress-

Castra *Fridlandica* recognoscit.

gressus, *Danubium* postliminiò petiit, *Rainam Bavariæ* fortalitium, modò antè *Mitschefalli* tribuni ignaviâ amissum, recuperaturus. Nec ablusit successus. Deditione enim oppidum cepit: sumpto à tribuni negligentia *supplicio*. Hærebat pro tempore *Bavaricus* apud *Ingolstadam* exercitus. In quem cùm duceret *Rex*, ille *Ratisponam* versùs recessit. Hujus in absentia, superinductis ex *Augusta* tormentis, seria instabat *Ingolstadæ* oppugnatio. Quam dùm *Rex* meditatur, ecce! *Gallassio* & *Holckemio Variscos*, *Misniam*, regionemque *Altenburgicam*, occupantibus, *Saxoniæ Elector Fridlandi* ipsius exercitu, post *Coburgi* sedis ducalis occupationem, velùt inundatus, auxilium *Regis* imploravit. Sic mutato instituto *Rex* properavit in *Saxoniam*, positis apud *Naumburgum*, antè sub leges redactum, castris.

Iteratò tentat *Ingolstadium*.

Reducit in *Saxoniam*, contrà *Fridlandum*.

Commodùm, è *Belgio* in *Guestphaliam*

Pappenhemius redux fundit *Baudisiũ.*

liam redierat *Pappenheimius*, officiii sui intermissionem celeritate compensaturus. Neque spem fraudavit eventus. Quippe apud *Huxtariam*, *Baudisium*, unà cum adversis legionibus, fudit. Ab obsidione *Wolferbyti* *Lüneburgium* rejecit. *Hildesiumque*, civitatem amplam munitamque, intrà triduum deditione cepit. Plura dubio procul, & majora, occupaturus, nisi à *Fridlando* in *Saxoniam* fuisset evocatus. Hic enim, præoccupatâ jam tũm *Lipsia*, de summa rerum cum *Rege*, in vicinia castris sese tenente, certare parabat. Neque *Rex*, aliâs bellicosus, detrectavit *prælium*. Quod paulò post apud *Lützenam* committi cœpit satis *cruentum*. Ubi enim illûc recessisset *Fridlandus*, *Rex* hostium vestigiis instans in vicinia constitit, castrisque castra opposuit. Directa utrinque acie, antequàm veniretur ad manûs, *Rex*, more suo, *duobus* cum

Lüneburgium ab obsidione *Wolfferbyti* rejicit.

Hildesium capit.

Parasceve ad *Pugnam* *Lützensem*

cum *stabulariis*, explorandi hostium castra animo, sub *aëre nebuloso*, ab exercitu digressus, à *cataphractorum Fridlandicorum* caterva opprimitur, tantùm non *pro privato habitus*, & equorum ferè ungulis obtritus. Tam acerbi casus indicium *equus regius*, excusso domino, in castra *Suecica* reversus, ubi, juxtà seminecem alterum *stabularium*, (alter enim cum *Rege* ceciderat) detulisset *Bernhardo Vinariensi*, cæterisque militiæ ducibus, consultò in *pugnam*, antequam *Regis* casus percrebresceret, itum est. Cecinêre igitur signa, & magnis utrinque dimicari cœptum conatibus. Sic ubi extraheretur *prælium*, opportunè *Cæsareanis* superveniens *Pappenheimius*, inclinantem *Fridlandi* restituit aciem. Qui dùm suo more contentiùs præliatur, lethali accepto vulnere, paulo post spiritum reddidit. Illud tamen, post DEVM, supremum auribus hausit

Rex à caterva Fridlandica opprimitur.

Pugnæ supervenit Pappenheimius.

 sola-

solatium, nimirùm *Regem* antè se cecidisse. Qui ne solus occumberet, ecce! è *Pappenheimii* casu illustrior fuit *Regis* casus. Majorque lux *Pappenheimii* fato è *Regis* fato accessit. Uterque enim proprio *Saxoniam* purpuravit sanguine.

Idemque, post *Regem* occumbit.

Fuerat *ingens & memorabilis pugna*: Utrinque cladem sic æquante fortuna, ut nulla partium ordine victa dici posset. E qua *Fridlandus* *Lipsiam*, *Vinariensis* *Weisenfelsam*, recessit. Hic, *Saxonicis* recèns auctus subsidiis, *Cæsareanos* persequi, *Lipsiamque* vindicare, cœpit. Ubi dùm pars copiarum *Chemnitium*, *Zvvickaviam*, aliasque civitates, *Cæsareanis* extorquet. Pars per *Alsatiam* *Seletstadio*, *Colmaria*, & *Haganoâ* interceptis, *Benfeldanum* oppugnat fortalitium. *Fridlandus*, *monstri quiddam* alere visus, ex pacti lege, copias in *Bohemiam* retraxit. Ita enim

Victoria anceps. Sub qua utrinque statuuntur trophæa.

Fridlando in Bohemiâ recedente, *Vinariensis* recuperat *Lipsiam*. &c.

enim cum *Cæsare* experiri cœperat. Ut, quocunque tempore res postulet, in *Cæsaris regna & provincias* militem infunderet. Sic ferias agente *Fridlando*, nihilo-minùs res egêre *Bavarici*. Quippe *Altringerius*, post *Landisbergam* recuperatam, *Sueviam* ingressus, complura *Suecis* eripuit loca.

Alia ac diversa prò tempore belli, antè & post *Regis* victoriosi *casum*, emerserat facies, ac tùm fuit, cùm *Fridericus Archipalatinus Bohemiæ* accessisset motibus. Hic enim, tametsi recuperato per *Suecos Inferiori Palatinatu*, apud *Moguntiam* decessit. Tanquam *Gustavi Regis* superesse nollet funeri. Cujus superstites ac victrices copiæ, *Rege* licet ex humanis erepto, *Sueviam Alisatiamq;* nihilo-minùs exercere perrexerũt. Quibus cùm *Vinariensis*, *Hornius*, *Rheingravius*, aliiq;, preessent. Contrà hos *Altringerius*, *Carolusq; Austrasius*, stetére

Friderici Archipalatini excessus apud Moguntiã.

Suecicis legatis per Sueviam & Alsatiã resistunt Bavarici & Lotharingii.

Relicta hactenùs erat in partibus *Visurgis*, *tanquam in vagina*, peculiaris *Bavaricorum* veteranorum manus, diversis illic diffusa sub fortalitiis, videlicet *Nyenburgo*, *Rotebergas*, *Minda*, *Hammelio*, *Hildesio*, *Wolferbyto*, & aliis. His quietem invidens *Georgius Dux Lüneburgius*, *Suecicarum* tùm partium, comite *Kniphusenio*, instructum contrà *Visurgim* produxit exercitum: *Baudisio* pro tempore nō minùs *Ubios*, & *Arnheimio Silesios*, vexante. Adversùs hunc *Gallassium* misit *Fridlandus*. Ipse autem, ne nihil ageret, apud *Pragam* supplicium ab iis sumpsit: Qui apud *Lützenam* proximè aut ordines deseruissent, aut frigidè pugnâssent. Quo intrà *Bohemiæ* viscera ociante, *Sueci* tàm per *Ubios*, quàm *Francos*, feliciter progrediuntur: *Oxenstirnio*, *Cancellario regio*, penes *Haibrunnam* fœderatis *Imperii Principibus* conventum indicente, fœderisque

Fridlandus apud Pragam supplicia exercet.

rifque

risque illius ferruminationem procurante.

Inter hæc, *Lüneburgius* juxtà *Rintelium* invento per indices aquarum compendio, sub tormentorum apud ripam directione, *Visurgim* noctu cum legionibus tranavit. *Gronsfeldicosq;* transitum præpedituros rejecit. Quo prærepto aditu; mox *Hammelium* justà obsidione cinxit. Hoc fortalitium *Io: Guilielmus Schölhamerus Bavarus*, (quem honoris caussà nomino) per tres quatuorque menses, singulari cum laude, acerrimè defendit; Usque dùm auxiliarem *Ioannes Merodius Comes* & strategus intra *Ubios* parâsset exercitum. Hunc, dùm civitatem liberare fuit operæpretium, nimia confidentia ac festinatione, fortiter quidem, sed infeliciter, pugnando, perdidit. Undè necessariam *Schölhamerus* paulò post fecit deditionem. *Merodius* autem, sub

Lüneburgius cum exercitu contrà Bavaros ad visurgim movet.

Hammelium oppugnat.

Gronsfeldium Merodium fundit.

Deditione Hammelium capit.

Fridlandus in Silesiam educit.

Gronsfeldii hoſpitio, è *vulneribus* deceſſit.

Prævalentibus apud *Viſurgim Lüneburgicis Heſſ-ciſque*, magnificam in *Sileſios Fridlandus* ſuſcepit expeditionem. Quæ quidem finitimis *Principibus*, inprimis *Electori Brandeburgio*, juſtum incuſſit terrorem. Sed hic mox elanguit. Quòd enim, intercluſo commeatu, illic in anguſtias redigeretur. Vix *ſalva vaſa*, quod ajunt, referre potuit, niſi objectis ſimulatæ pacis tractatibus. Hac lactatione *Saxonibus* imponens, incolumem è periculis liberavit produxitque exercitum.

In anguſtias redactus tractatuū ſimulatione emergit.

Veræ hoc tempore pacis inter *Ferdinandum Cæſarem*, & *Saxoniæ Electorem*, gliſcere cœperant conſilia. Cùm *Sueci*, ſub *Palatino Birckenfeldio* ex *Ubiis* aſcendente, *Heydelbergam*, ſub *Bernhardo Vinarienſi* autem *Epiſcopatum Aichſtetantum*, occupârunt. Hic per *Cratzii* & *Farensbachii*, dyna-

Bernh. Vinarienſis Epiſcopatū Aichſtetanum occupat.

nastarum & chiliarcharum *Bavaricorum*, latus, promissis ingentibus, more *Regis* nuper sui, *Ingolstadii* emerat proditionem. Sed res minùs processit, fraude maturiùs detecta. Undè ille celeriter evasit, hic autem apud *Ratisponanam* capitis *supplicio*, rectiùs *laniena*, reatum expiavit. Dùm enim uni *spiculatori*, post acceptam plagam minùs lethalem, resistit. A pluribus oppressus *carnificibus*, tantùm non discerpitur.

Ingolstadiū proditione tentat.

Undè Farësbachius capite plectitur.

Commodùm partitæ erant *Suecicorum* operę, *Rheingraffio* per *Alisatiā*, *Hornio* per *Noricū*, res feliciter gerētib⁹. His, inter cęteros, obviā iturus *Carolus Austrasius* nō contemnendū, quantūvis indignāte *Rege Christianissimo*, cōtraxit exercitum. Quo dùm *Pfaffenhofenā Alisatiæ* civitatē oppugnat, supervenientibus *Suecis*, datâque pugnæ copiâ, funditur. Neque hæc sola suffecit infelicibus *clades*. *Rex* enim *Galliarum* manifestum *Duci* indixit *bellum*. Undè super tota rerū

Carolus Austrasius pro Cæsare movet in Alisatiam.

Cui Rex Galliarum indicit bellum.

sua-

suarum summa graviùs cœpit periclitari.

Oxenstirnius Cancellarius regius *Helvetiis* etiamnunc inculcat fœdus. Diætam apud *Francofurtum* aperit.

Etiamnunc, regio quantumvis funere per *Pomeraniam* deducto, *Suecicus* apud *Germaniam* *Director* mutui *fœderis Helvetiis* inculcare cœpit, per *Landgravium Stülingensem*, usuram. Simulatque novam aperuit *fœderatis Principibus*, penes *Francofurtum diætam*: super tàm *belli*, quàm *pacis* fortè glìscentis, œconomia, ac mediis, deliberaturus. Cùm *Elector Trevirensis Optimates* & *Conelectores*, apud *Coloniam* hybernantes, super periculo ammonuit, urbi per *Suecos* impendente. Senatu igitur civitatis diffusæ debitam suscipiente custodiam, hostilibus occursum est machinationibus. Nec minùs alia parte ferias egêre *Bavarici*. Sed, *Suecis* sine missione resistendo, *Neoburgum* ad *Danubium* hostibus extorsêre. Neque defiit, jussu *Cæsaris*, suo loco tandem *Fridlandus*. Dimissò enim,

Bavarici *Neoburgū* ad *Danubium* occupant.

Fridlādius sub *Holckemii* copias

enim, cum parte copiarum, in *Misf-niam Holkenio* legato suo, post provinciæ populationem, occupavit *Lipsiam*. Cùmque *monstri quiddam* animo occiperet, denuò cum *Saxone* & *Brandeburgio Electoribus*. *simulatæ pacis* redintegravit tractatùs. Quibus non minùs iteratò, fraudantibus, *Suecis* per *Silesiam*, apud *pontem Steinaviensem*, insignem ingenti calliditate expressit victoriam. Undè felices in *Lusatiam*, *Marchiam*, *Pomeraniamque*, dilatavit progresfûs.

in Misniam infundit.

Insigni intra Silesiam apud Pontem Steinaviensem potitur victoria.

Hæc dùm fiunt intrà *Silesiam*, *Gustavus Hornius* suo cum exercitu è *Suevia* maximis itineribus in *Helvetiæ* partes profectus *Constantiam*, sedem *Episcopalem* ad *Lacum Podamicum*, oppugnavit. At, *Altringerio Bavaricas* cum *Hispanicis* sub *Duce Feriano* auxiliis sociante copias, contràque educente, mox *Hornius* civitatis ejusce adumbilium dedù-

Guastvus Hornius oppugnat Constantiam.

ctam

ctam solvere cœpit obsidionẽ. Quo pedem retrahente, simul *adventitia* id genus *ex Insubribus copia*, *Bavaricis* mistæ, *in Alisatiam* retrò quoq; moverunt, inter cęteros communis expeditionis effectûs, post *Rheinfeldiã* expugnatã, *Suecos* à *Brisaci* obsidione rejicientes. Hęc ne *Cæsaris* invalesceret per *Superiorem Germaniam* potẽtia, *Rex Galliarum*, misso in *Austrasiã* exercitu, *Carolũ Ducem* ad pacis conditiones adegit. Quanquam autem *Austriaci fœderis* missio *Duci* diligenter inculcaretur. Parùm tamen, aut nihil, effectum est: *Duce* hîc electionem & arbitrium suum sequente.

Lüneburgius occupat *Osnabrugim*, & *Hildesium*.

Interim, qui feliciter nuper, profligato apud *Altorffium Schaumburgorum* exercitu *Ligariano*, *Hammelanum* occupârat fortalitium, *Georgius Lüneburgius*. Idem *Osnabrugim*, sedem *Episcopalem*, subjugans, post diutinã quoq; obsidionẽ tandẽ *Hildesio* potitus est. Pariter *Bernhardus Vinariensis*,

sis, Ratisponam aggressus, hanc *Bavarorum* è faucibus eripuit prædam. Dùm *Italicæ Bavaricaq;* copiæ, metu enervationis, per *Würtenbergicam* hyberna quærerent provinciam. At *Vinariensi* etiam *Straubingam* sub leges vocante, ne latiùs vis *Suecorum* grassaretur, *Altringerius* & *Ferianus* in *Bavariam* evocati. Intrà quam *Ferianus* belli vitęq; finē fecit. Ne igitur *Vinariensis* ulteriorem sive in *Bavariam*, sive *Bohemiam* quoq;, abriperetur; *Ioãnes Werthius* obstitit: *Fridlando* simulatq; auxiliares in *Superiorē Palatinatum* infundente legiones. Quo è *Pomerania Marchiaq;* reducēte, *Sueci Saxonesq;* validiores instauravêre vires. His affines & fœderati *Hessi* per *Guestphaliam* successib⁹ usi, post *Saltzkottenā* penè eversā, *Lippistadium* cepêre, *Suecis* auxiliantibus. Qui diversa *Imperii* parte fœderatis misti ac belligerantes, eodem tempore *Philippiburgium, Episcopatûs Spiren-*

B. Vinariensis capit *Ratisponam.*

Et Straubingam.

Hessi potiuntur *Lippistadio.*

Sueci Philippiburgio.

rensis sedem ac fortalitium, præeunte diutina ac seria *obsidione*, per *famem* in partes venientem, subjugarunt.

Fridlandus alter Sejanus.

Inter hæc, *giganteus*, *Fridlandi animus* ubi hactenùs, imitatione *Sejani* sub *Tiberio Imperatore*, referente *Tacito*, monstra parturire visus esset, jam parere cœpit. Prẹter enim militari onere pressam *Bohemiam*, cùm magnis primò se se oneràsset suspicionibus. Mox ipsum in *Ferdinandum Imperatorem* importunos elevavit vultûs. Manifestéque rebellans *tribunos militares*, utique contrà *Cæsarem* deinceps militaturos, sua in verba jurare jussit. Undè *Cæsar*, præparatas per insidias ultima veritus, isti publicis sub tabulis militare imperium abrogavit. Hoc fulmine percussus fremuit graviùs. Cùmque copiis & autoritate apud suos adhûc valeret, arma cum *Vinariensi* & *Suecis* sociaturus, tantùm non

In Ferdinandum II. Imp. insurgit.

Cum Suecis colludit.

non augustissimæ *Austriacorum Imperatorum* prosapiæ minari auditus excidium. Ista molientem, & jam jam cum *Vinariensi*, castra junctorum, sub medio prægnantium mo-litionum æstu, apud *Egram* noctu *Butlerus*, *Gordonius*, *Leslejus*, *Deverusiusq;*, præfecti militares, peregrini quidem & gente *Scoti*, at antiqua & *Germana* fide *Cæsari* addicti, communicato antè consilio, *tanquam victimam*, immolârunt. Posteaquàm *geniali* ante sub *convivio*, sed *inferiis proscriptorum dicato*, *Illoum*, *Tertskium Kinskiumque*, *Fridlandi* complices, & conjurationis capita, media inter pocula oppressissent. Undè ob *tyrannicidium*, maturè atque in tempore perpetratum, justis splendidisque à *Cæsare*, more veteri, affecti præmiis: cæteris funestæ *coniurationis* sociis in vincula & pœnas raptis.

Undè à *Cæsare* exauctoratur:

Et, apud *Egram*, unà cum complicibus, opprimitur.

Hoc ingenti *Cæsareana* militiæ

obtin-

obtingente ri&u, commodùm *Sueci* in *Palatinatum Superiorem* progressi *Weidenam* expugnârunt. In quos *Waablus* provinciæ gubernator animadvertens, tàm noxam hostibus intulit, quàm accepit. Pari majorique induſtriâ. *Guſtavus Hornius Kemnathum, Biberacum, Kemptenam, Memmingenamq;* civitates, poteſtati ſuæ ſubjecit. Eadem felicitas per *Aliſatiam* reſpexit *Rheingraffium*. Quippe, poſt copiarum *Lothringicarum*, recèns collectarum, oppreſſionem, *Neoburgum* & *Rheinfeldiam* expugnavit. Nec inferior in partibus *Gueſtphaliæ* reſpondit *Sueciis* ſucceſſus. Dùm modò non *Episcopatum Mindenſem* ſua in verba jurare juſsêre. Sed etiam, concelebratâ apud *Halberſtadium* diæta, *Proteſtantibus* illius *Circuli Ordinibus*, non obſtante *Saxoniæ Electoris* dehortatione, novi *fœderis* canones perſuasêre.

Suecorum per Palatinatum Superiorem,

& Aliſatiã, progreſſus.

Oxenſtirnius Halberſtatenſem aperit diætam.

Nondùm penitùs extricatis *Caſa-*

Ex adverſo, Altringerius recuperat Straubingam.

ſareana militiæ rebus, *Bavarici* moverunt lacertos. *Altringerius* enim, receptâ ſub *ovationis* titulo *Straubingâ*, univerſum ſucceſſivè à *Suecis* purgavit *Superiorem Palatinatum*.

Purgat Super. Palatinatum.

Par, aut non multò inferior, *Geleeno* ſtratego *Bavarico* intrà *Gueſtphaliam* aſpiravit fortuna. Ubi enim *Huxtariam*, *Viſurgis* trajectum, vi injectâ expugnâſſet. Caſtigatis *Heſsis*, interiorem in *Gueſtphaliam* progreſſus, *Hammonium* *Eûnamque* civitates feliciter ſubegit.

Pariter Geleenus expugnat. Huxtariã, & Hammonium.

Denuò novam, & velut œcumenicam, *Oxenſtirnius Cancellarius* regius *Proteſtantibus* ac fœderatis per *Imperium Principibus* apud *Francofurtum* aperuit *diætam*. Qua non tàm ſuper militiæ adminiſtratione, quàm *Guſtavi Regis* proprio ſanguine *Saxoniam* purputantis, meritis, eorundemque, nec non *belli ſumptuum*, compenſatione, inchoatæ deli-

Diæta nova Francofurtana. Sub qua Oxeſtirnius Guſtavi Regis merita & compenſationem:

be-

berationes: Quam dùm *Ordines*, sub repromissione *fœderis*, & *certa pecuniarum summa*, haud negant. *In Pomerania*, loco compensationis, cessionem ægrè condescenderunt. Interim *Rex Christianissimus* haud destitit per legatum, hanc ad diætam dimissum, cum *Protestantibus Imperii Ordinibus* fœderis extractionem, juxtàque *Philippiburgii* traditionem, urgere. Cui dùm certis sub legibus mos geritur, inter cæteras diætæ definitiones, *Inferioris Saxoniæ Circulus* proprium tàm exercitum, quàm ærarium, sibi reservavit. Nec minùs dictæ sunt ab *Ordinibus* rationes. Quas ob *Saxoniæ Electori* generalis *fœderatæ militiæ* permitteretur *administratio*. Qui, prout videbatur, paulò alienior proprio, peculiari, & à cæteris segregato, exercitu in *Lusatiam* iteravit expeditionem. Sub qua, *Budißino* expugnato, *Gorlicium* successit in potestatem.

Rex Galliarum cessionem *Philippiburgii*: &c. urget.

Saxoniæ Elector denuò *Lusatiam* subjugat.

Idem

Idem *Georgio Lûneburgio* intra *Guestphaliam* affulsit successus. *Geleenum* enim, hactenùs ea parte pro *Ligarianis* res fortiter gerentem, persecutus usque ad *Monasterium*, *Lûna Hammonioque* recuperatis, rejecit.

Lüneburgius fugat *Geleenum*.

Ista ne ulteriùs procederet *Protestantium*, inprimis *Suecorum*, fortuna. *Ferdinandus Cæsar Imperium*, tàm externis ab hostibus perturbatum, quàm civilibus bellis laceratum, necnon propriarum copiarum sub *Fridlandi* seditione rebellationibus confusum, omni industria vindicaturus, super *novo* deliberare cœpit *Dictatore*. *Qui* rebus conturbatis & labantibus succurreret. Poplitesque inclinantes & fessos firmaret. Ecce autem, ad tàm arduæ provinciæ moderationem, nemo *Ferdinandi Imp.* filio, *Ferdinando III. Ungaria & Bohemiæ Rege*, inventus opportunior digniorque. Hic *alter*

Ferdinandus II. Imp. Ferdinandum III. Ungariæ & Bohemiæ Regem, Cæsareæ militię præficit imperatorem.

veluti tot laboribus monstrisque contigit *Hercules.* Qui exercitûs duceret, hostes retunderet, *Imperium* patrium à *monstris Fridlandicis* pur. garet. Nec mora, omnem per *Austriam*, *Ungariam*, *Croatiam*, *Bohemiam*, *Moraviam*, *Silesiam*, cæterasque *Provincias patrimoniales*, itemque *Italiam*, conclassare jubens, invictos contraxit exercitûs. Quibus, unaque *fortissimis* tàm *belli ducibus*, quàm *generosissimis consiliariis*, instructus, *sexagintà armatorum millia* per *Superiorem Palatinatum* produxit versùs *Danubium*. Ut appareret, post *Maximiliani Bavariæ Electoris* virium illic conjunctionem, locum peri, operosæ tanti *Regis* expeditioni congruentem.

Qui cum amplissimo profectus exercitu, ad *Saxoniæ Electorem*, super *pace*, dimittit legatos.

Pacis consilio cum armis profectus *Rex*, antequam verè militaret, missis ad *Ioan. Georgium Saxoniæ Electorem* legatis, præcipuo ac *Germano Principi*, *Imperii* & *Germaniæ* amanti, mutuæ pacis studium in-

inculcavit. Neq; penitùs tàm pium fraudavit institutum. Tametsi enim è tantis bellorum difficultatibus nexibusq; pacis compendium ilicet haud quidem extraheretur. Hæc tamen præclara magni *Regis ammonitio pacis quadam inculcatio* & promulsis videri potuit. Quam suo tempore excepit *consummatio*.

Contrà *Ratisponam*, à *Suecis* in-fessam, movet.

Sumpto id genus rei feliciter gerēdæ auspicio, *Ratispona* visa fuit opportuna, nuper à *Bernhardo Vinariēsi Bavaricis* erepta. Cujusmodi generosis tāti *Regis* respōderet conatib⁹. Votū fuit cū effectо. Tametsi enim *Larsius Kaganus* præfect⁹ *Suecicus*, immisso præsidio validissimo, urbem strenuè intùs tueretur. *Vinariensis* autem, copiis extrà mœnia dispositis, *Cæsareanorum* castrametationes impedire tentaret. Nihilo-minùs confertissimis *Ferdinandi Regis* viribus inferior, sociatis alibi cū *Gustavo Hornio* legionibus, ab urbe recedere, obsessosque suæ fortunæ

Illius militiæ præter *Bavariæ Electorem*, accedit *Ferdinandus Hispaniarum Infans.*

relinquere, debuit. Iam ea erat undiquaque legionibus cinctæ oppugnatæque urbis facies, ut vinci *posset*. Cùm novissimum agnatus, *Ferdinandus Hispaniarum Infans* ex *Insubribus* superinduxit exercitum. Quòd igitur diversi militiæ *Suecicæ duces*, per aliarum regionum populationes, tanquam diverticula, *Cæsareanos* lacesserent. An hac via, dùm coràm experiri non possent, obsidionem hostiumque vires distrahere possent. Nihilo-minùs ex transverso res cecidit. *Suecici* enim defensores, ad ultima redacti, fecêre deditionem. Irasci potuisset *Rex* senatui urbano & civibus. Sed, avitæ paternæque memor clementiæ, ignoscere maluit. Hoc *illustri* dato *virtutis felicitatisque militaris*, nec minoris *mansuetudinis, documento*, cùm tantam urbem superare, *Suecisque* extorquere, potuisset. Significanter monstravit, post fortu-

Ratispona deditur.

nam

nam *Cæsaris* patentis nuper fugientem, jam reducem & stantem, etiam *Suecicas*, tametsi conjunctas, vinci posse copias. Hic enim, hic, inquam, recuperata urbe primaria, *Stator* veluti *Iupiter*, *Imperium* firmavit. Hic, quò illud, disjunctis antè lateribus, solidiùs iterùm compaginaretur, *alterum* novus *Dictator*, more *Romano*, fixit *clavum*.

Qua recuperatâ *secundus* figitur *clavus*.

Inter hanc novè resurgentem *Cæsaris*, procurante *Rege* filio, fortunam, diversa nihilo seciùs *Protestantes Suecosque* alibi respexit felicitas. *Saxoniæ Elector* enim per *Arnhemii* legati latus, secundariis *Cæsaris* per *Silesiam* copiis non ignobilem penes *Lignitium* extorsit victoriam. Alibi *Electoris Brandeburgii* exercitus *Francofordiam Oderanam* recuperavit. Alibi *Georgius Lüneburgius*, post laboriosam *Hildesii* vindicationem, *Mindam ad Visurgim* occupavit.

Diversi, sed particulares, alibi *Saxoniæ Electoris, & Suecicorum*, progressûs

vit. Alibi *Sueci Saxonesque* junctis in *Bohemiam* processêre viribus. Alibi *Rheingrafius* deditione *Rheinfeldiam* cepit.

Nova Ligarianorũ, sub Philippo Comite Mansfeldio, armatura.

Haud contemnenda hæc quidem videri poterant, sed particularia. Cujusmodi, senescente *Geleeni* felicitate, *Philippi Comitis Mansfeldii*, *Ligarianorum* sumptibus, *nova* quoque nasci cœpit intrà *Guestphaliam armatura*, mox per *Wetteraviam* ad *Mœni* partes ascensura. Cùm *Ferdinandus* Rex, post præcipuam *Imperii* urbem, *ovatione* vindicatam, receptamque, promotis castris *Nördlingam*, itidem à *Sueci*s infessam, petiit: Deinceps illustrem ac plenum virtute sua paraturus *triumphum*: totalemque rebus *Imperii*, paulò antè in poplites erectis, adjecturus confirmationem. Etiam hoc fortuna secundavit votum. Dùm enim *Regis*, & *Bavari*, vindicatam post *Ratisponam*, *instar cataclysmi*, dilatatæ copiæ omnem latè inundâssent vici-

Altera & plenior Ferdinandi III Regis, super Sueci, apud Nördlingã, victoria.

ci-

ciniam *Rex* castra *Nördlingæ* admoveri iussit. Eam ab obsessis, si liceat, *Sueci* ac fœderati *Protestantes* depulsuri necessitatem, junxêre nervos. Inque viciniam produxêre, pugnæ lacessendæ studio. Data est illis pugnæ copia, sed nõ ex voto. Duobus enim *Ferdinandis*, *Austriaci sanguinis Regibus*, confertissimas inter copias pro virtute & *Imperio* depugnantibus, pristina affuit fortuna. Cùmque paulò antè, expulso præsidio *Suecico*, *Ratisbonam* lætam recuperâssent per *ovationem*. Iam, cæsis profligatisque *Suecorum* fœderatorumque *Protestantium* exercitibus, cum luculento & pleno *Nördlingam* vindicavêre *triumpho*.

Major hî: acciderat adversę parti *clades*, quã ut cõmodè resarciri, gravius infligi cœperat *vulnus*, quàm ut brevî sanari, posset. Splendidior inprimis gloriosi *Ferdinandi Regis* eminebat *felicitas*, quã ut ab hostib⁹ sive turbari, sive cõfũdi, sustineret. *Victo-*

rem enim pro more sequuntur, *victos* destituunt, pleraque. Idem hîc accidit. Enervato siquidem & profligato, hostium robore, sub ipsa victoriæ aggratulatione magis magisque augescentes, *Cæsaris* & *Bavari* copiæ ilicet finitimas, in *morem diluvii, inundârunt* provincias, *Sueviam Franconiamque* maximè. Hanc ubi *Ferdinandus Cæsar pater pro ea*, qua inclaruit, *pietate*, *Ferdinandi Regis filii* augustam vix caperet felicitatem, Post dedicatas DEO solennes gratias, splendidissimis *Ferdinandi Regis* meritis extemporale hoc contulit præmium. Ut illum *Cæsareanorum exercituum*, solennissimis sub castrorum applausibus, designaret *imperatorem*.

Insignes tàm luculentæ victoriæ effectûs.

Tàm luculenta *victoria* pinguibus minimè caruit effectis. Ecce enim *Ioan. Georgius Saxoniæ Elector*, coalescente apud *Pragam pacificatione*, cum *Cæsare* revertitur in gratiam.

Quippe *Saxoniæ Elector* cū *Cæsare* in gratiam redit.

riam. Caussamque à *Suecis*, & cæteris *Protestantibus*, segregat. Hæc *nova* videri potuit *victoria* & *ovatio*. Qua tantus *Elector* in partes *Cæsaris* rediit. Quod dùm fit, interim *Cæsareæ* universam *Franconiam Sueviamque Würtenbergicam*, sub leges vocant copiæ, *Suecis* parùm resistentibus. Nec minores per *Palatinatum Inferiorem* fecêre progressûs *Bavarici*. Undè *Galliarum Rex*, ex *lege fæderis*, sub *Bernhardo Vinariensi* prospexit auxilia: Qui dùm post *Moguntiam* procedit in *Intuergos*. *Philippus Mansfeldius* pariter *Ligarianas* in agrum *Hanovicum* infudit legiones.

Franconia & Suevia recuperantur.

Iam tùm *Cæsareani Philippiburgium* & *Spiram*, *Bavarici Augustam Vindelicorum*, occupârant. Cùm *Oxenstirnius Cancellarius* & legatus *regius* penes *Vormatiam* fœderatis aperuit *conventum*: Eò, quòd *Pacificatio* illa *Pragensis*, *induciis* utrinque pro more interpositis, spectaret ad effe-

Pacificationi Pragensi resistit Oxenstirnius.

ctum. Quam dùm pleriéque amplectuntur *Imperii Ordines, Oxenstirnius*, nomine *Sueciæ Regni*, cum paucis *fœderatis*, palàm restitit. Undè paratæ inter *Saxoniæ Electorem*, & militiæ *Sueciæ* megistanes, disceptationes.

Novissimũ è *Galliis* bellum.

Procedentibus eorum altercationibus, alius & *novus* in scenam processit *hostis*, videlicet *Rex Gallarum*. Hic enim, præoccupatâ nuper *Austrasiâ*, tanquam *Germaniæ januâ*, *professum Cæsari*, *Regiq; Hispaniarum*, per clarigatores denunciare cœpit *bellum*. Simulatque, ne inanis esset provocatio, diversos in *Rhetiam, Alsatiam, Belgiumq;*, dimisit exercitus.

Pleriqùe Imperii Ordines Pacificationem admittunt Pragensem.

Nihilo minùs *Cæsaris* nomine publicatum *Pacificationis Pragensis axioma*, præter ceteros *Ordines*, liberæ *Imperii Civitates* admisêre: *Guilielmo Hessiæ Landgravio*, & *Georgio Duce Luneburgio*, solis ferè repugnantibus. Hæc inter tropica, ne silerent *Sueci*,

Oxen.

Ostenstirnius cùm *Saxoniæ Electore* tàm per litterarum disceptationes, quàm legationes & tractatûs, experiri non destitit. Idem fecêre *Banerus* aliiq; militiæ *Suecicæ* proceres. Tandem *Adolphus Fridericus Dux Megapolitanus* honorarias arbitrii inter utrosque suscepit partes. An lis componi posset, visurus. Sed aliter erat in fatis. Quanquam enim *Elector* tàm *compensationis*, quam *pacificationis*, proponeret media. Procul absuit tamen, hæc ut placere potuerint *Sueciæ*, utique majora postulantibus. Undè *novissimum*, & quidem *gravius*, exardere cœpit *bellũ*: *Suecia Ordinibus*, coactis *Regni comitiis*, validiora adversùs *Germaniam* decernentibus arma. Hinc *professum* severumq; inter *Suecos Saxonesq;* exarsit *bellum*. Quo flagrante, *Gallicani* & *Vinariẽses* apud *Waldersangenã* fundũtur à *Gallassio*: *Cæsareanisq;* deditur *Moguntia*. Quib' sub successib' diverse *Cæsaris*,

Tractatûs inter *Saxoniæ Electorem*, & militiæ *Suecicæ* megistanes.

Quibus irritis, acrius exardescit inter utrosq; bellum.

Gallassius fundit *Gallo-Vinariẽses*. *Moguntiã* capit.

per *Austrasiam* in *Gallias* penetrat.
Pragensi pacificationi accedit Elector Brandeburgius, & Dux Würtenbergius.
Saxon. Electoris Apologeticus.

Regisque Hispaniarum; copiæ per *Austrasiam* in *Gallias*, usque in *Parisiorum* viciniam, penetrârunt. Quanquam autem validis *Sueci* contrà *Saxoniam* irent viribus. Nihil tamen obstitit, quò minùs *Elector Brandeburgius*, itemque *Dux* Würtenbergius, *Pragensi* accederent *Pacificationi*. Quibus instituti sui caussas divulgantibus, non minùs *Elector Saxoniæ* secessionis suæ rationes *Apologetico* publicavit.

Horrenda in partibus *Mœni Rhenique* fames.
Imperii comitia.

Horrenda, & ferè inaudita, pro tempore ob regionum vastationes, defectamque agricolationem, *Germaniam*, inprimis *Wetteraviam*, *Mœni Rhenique* partes, afflixit *fames*: hominibus famelicis, *latronum instar*, in homines, ceu *rabie quadam*, bacchantibus. Quo *Ferdinandus II. Cæsar Imperii comitia*, hactenùs velut desita, apud *Ratisponam* restauravit. Quibus durantibus, *Vinariensis*, in *Alisatiam* progressus, *Taber-*

bernas expugnavit. Alius autem, *Gallicanus* sub *Condao* in *Burgundiones* infusus, exercitus, *Dolenam* occupaturus, *Helvetiorum* interpositione, re infecta obsidionem solvit. Eorum imitatione, *Heßi*, *Suecique* junctis viribus *Hanoviam*, à *Lambojo* obsessam, liberârunt. Sed non impunè. Mox enim *Ioan. Gôtzenius*, cum *Bavarico Inferiorem Heßiam* ingressus exercitu, universam penè laceravit provinciam. Qui dùm plerasque per *Guestphaliam Heßis* extorquet civitates. Simulatque *Cæsareani* & *Saxones* expugnant *Magdeburgum*.

Vinariensis expugnat Tabernas.

Sueci Heßique liberant Hanoviam.

Mox *Ioan. Gôtzenius* lacerat *Heßiam*.

Aestuantibus apud *Ratisponam comitiis*, arduisque deliberationibus, *à Ferdinando II. Imperatore parente Ferdinandus III. Rex filius*, ob *pietatem* & *virtutes regias* commendatus, ab *Electoribus* ob *merita* & *illustres victorias* æstimatus, ab *Imperii ordinibus* ob *Imperii*, nuper

rùm pientissimè placidissimèque ex humanis ad cœlites emigravit. Immò *morte* verè *imperatoria*, non quidem gentili more *stando*, sed pro *Austriaca pietate laborando*, & devotè *precando*, decessit.

Alii boni piique *parentes*, antequàm his terris valedicant, nunc hæc, nunc alia, optant voventque: quanquam eventu votis rariùs respondente. Alii noxia & cum periculis, ac pœnitentia, conjuncta desiderant. De *Theseo* enim, autore *Cicerone*, proditum. Eum ab avo *Neptuno* tria optâsse. Videlicet ut *Minotaurũ* cõficeret. Ut sibi ad *Inferos* daretur aditus. Ut *Hippolytũ* ulcisceretur. Quo quidẽ impetrato in maximos incidit luctûs. Verùm *divini* ac *Magni* hujus *Cæsaris* vota fuêre cũ effectis, emolumẽto, & gaudio. Siquidẽ, secundùm animę salutẽ, *Imperii*, nuper *fluctuantis*, optavit *cõfirmationẽ*. Eam ex animi sententia obtinuit. Pariter *Ferdinandum Regem filium*, *Imperii* fasti-

ſtigio digniſſimum, ſibi ſi quid humanitùs accideret, optavit in *Imperio* ſucceſſorem. Etiam hoc ex animi ſui ſententia recognovit, vidit, & *DEO* gratias egit. Tanquam his igitur cœlitùs in vitæ exordio affectus beneficiis, ſibi, laudibus ſuis, gloriæ, familiæ, patriæque, ſatis vixiſſet. In cœlum, ad præmia à *DEO* evocatus, lubens ivit, mundi terræque ſatur, cœleſtium bonorum cupidiſſimus.

Curriculum vitæ tanti *Imperatoris* ferè attigimus. Dùm res geſtas illius breviſſimis iſtis lineis compendio deduximus. Cujus ſi quis *haud communes*, atque uſitatas, ſed *admirandas*, *ſtupendaſque*, velit commemorare *virtutes*, ſingulari inſuper opus ſit commentario, totáque *Iliade*, ſive rectiùs *Auſtriade*.

De hujus igitur *maximi glorioſiſ-*

ſi-

ſimique Principis pietate, ſolida veraque erga DEUM *devotione, humilitate, patientia*, & in utraque rerum fortuna *conſtantia*, : itemque *pietate* ergà *proximū, Caritate, Caſtitate, Clementia, Iuſtitia, Liberalitate, Beneficentia*, ergà *litteras litteratoſque* amore, *Laboribus* & *Exercitiis*, *plenis* jam tùm *diverſi litteratores* egêre *libellis*. Ut, quicquid ego dicere velim, minus ſit. Quibus de cùm aliâs ſub *Annalibus* à me præmiſſum extet quoque. Proſit, vel illud ſaltèm, quod *multorum*, *vel omnium*, *inſtar* eſt, ſuper addere. Nempè profunda & inuſitata pietate *Ferdinandum II. Imperatorem*, dùm viveret, conſecutum fuiſſe: Ut tantùm non *patriarum provinciarum* APOSTOLUS, ſed SANCTUS PRINCEPS, SANCTUS IMPERATOR, non quidem à plebe & privatis duntaxat, ſed etiam à *Gregorio XV. Pont. Max.*, diverſis *Electori-* *bus*

Ejuſdem dùm viveret,

PIETAS.

Rer. Germanicarū Tom. II. à pag. 421. ad p. 436.

Ejuſdem SANCTITAS.

bus & *Magnatibus*, publica ac constante fama, insigniretur. Etiam *Sultano Turcico*, etiam barbaris *Ottomannicæ* aulæ *proceribus*, eundem *sanctitatis* titulum pientissimo gloriosissimoque *Imperatori*, singulari cum laude ac veneratione, contribuentibus. Quis igitur *pius* non esset maximè *virtuosus*? Quis *sanctus* non esset DEO commendatus, & carus? Ultrà hosce apices nihil est, quod quidem aut sperare, aut affectare, ausit mortalitas.

Parasceve ad labores, & res uberiùs tàm *Bello*, quàm *Pace*, gestas, *Ferdinandi III. Imp.*

Tàm *magno*, tàm *sancto*, *Imperatore* ex humanis excedente, *rerum summa* ad *Ferdinandum III. filium*, recèns inauguratum *Romanorum Regem*, rediit. Hic natura tàm *generosissimus*, quàm *mansuetissimus*, ubi in inquieti turbulentique *Imperii*, paulò antè à se à casu præservati, venisset possessionem, cùm *calcaribus* uti potuisset, *habenis* uti maluit. Quòd itaque *pacem*, tanquam DEI *benefi-*

neficium, animis unicè complectere-tur. Nullis impensis, nullis laboribus, nullisque periculis, pepercit. Usque dùm è tot *œcumenicis procellis ac fluctibus luctantem ac fessam Imperii navem in portum* & quietem deduceret. Quæ quidem res, nimis intricata, ardua, ac difficilis, quantis procurari efficique cœpisset sudoribus. Iam utique brevi ac tenui filo fuerit superattexendum. Ità autem est.

Reject⁹ antè in *Pomeraniæ* claustra *Ioan Banerus* recuperatis viribus, adjutore *Leslæo*, *Lũneburgum* civitatem occupêrat. Hic successus auxit animos. Utq; apud *Wittstochium*, datâ pugnę copiâ, *Saxonicus* cũ *Hatzfeldianis* funderetur exercitus, materiam prębuit. Hęc *recens victoria Banero* majores addidit spiritus. Qui, dùm *Vrãgeli⁹* per *Pomeraniã* spicilegia legit, *Gartzio* potit⁹, plenã per *Thuringos*, *Erphordiâ* subjugatâ, fecit messẽ. Iã demũò eas *Sueci* recuperârant per *Imperium* vires, ut metui possent.

Baneri victoria apud Wittstochium.

Occupat *Erphordiã.*

Prę-

rem enim pro more sequuntur, *victos* destituunt, pleraque. Idem hîc accidit. Enervato siquidem & profligato, hostium robore, sub ipsa victoriæ aggratulatione magis magisque augescentes, *Cæsaris* & *Bavari* copiæ ilicet finitimas, in *morem diluvii, inundârunt* provincias, *Sueviam Franconiamque* maximè. Hanc ubi *Ferdinandus Cæsar pater pro ea*, qua inclaruit, *pietate*, *Ferdinandi Regis filii* augustam vix caperet felicitatem, Post dedicatas DEO solennes gratias, splendidissimis *Ferdinandi Regis* meritis extemporale hoc contulit præmium. Ut illum *Cæsareanorum exercituum*, solennissimis sub castrorum applausibus, designaret *imperatorem*.

Insignes tàm luculentæ victoriæ effectûs.

Tàm luculenta *victoria* pinguibus minimè caruit effectis. Ecce! enim *Ioan. Georgius Saxoniæ Elector*, coalescente apud *Pragam pacificatione*, cum *Cæsare* revertitur in gratiam.

Quippe *Saxoniæ Elector* cū *Cæsare* in gratiam redit.

tiam. Caussamque à *Suecis*, & cæteris *Protestantibus*, segregat. Hæc *nova* videri potuit *victoria* & *ovatio*. Qua tantus *Elector* in partes *Cæsaris* rediit. Quod dum fit, interim *Cæsareæ* universam *Franconiam Sueviamque Würtenbergicam*, sub leges vocant copiæ, *Suecis* parùm resistentibus. Nec minores per *Palatinatum Inferiorem* fecêre progressûs *Bavarici*. Undè *Galliarum Rex*, ex *lege fœderis*, sub *Bernhardo Vinariensi* prospexit auxilia. Qui dùm post *Moguntiam* procedit in *Intuergos*. *Philippus Mansfeldius* pariter *Ligarianas* in agrum *Hanovicum* infudit legiones.

Franconia & Suevia recuperantur.

Iam tùm *Cæsareani Philippiburgium* & *Spiram*, *Bavarici Augustam Vindelicorum*, occupârant. Cùm *Oxenstirnius Cancellarius* & legatus *regius* penes *Vormatiam* fœderatis aperuit *conventum*. Eò, quòd *Pacificatio* illa *Pragensis*, *induciis* utrinque pro more interpositis, spectaret ad effe-

Pacificationi Pragensi resistit *Oxenstirnius*.

ctum. Quam dùm plerique amplectuntur *Imperii Ordines, Oxenstirnius*, nomine *Sueciæ Regni*, cum paucis *fœderatis*, palàm restitit. Undè paratæ inter *Saxoniæ Electorem*, & militiæ *Sueciæ* megistanes, disceptationes.

Novissimū è *Galliis* bellum.

Procedentibus eorum altercationibus, alius & *novus* in scenam processit *hostis*, videlicet *Rex Galliarum*. Hic enim, præoccupatâ nuper *Austrasiâ*, tanquam *Germaniæ januâ*; professum *Cæsari*, *Regiq; Hispaniarum*, per clarigatores denunciare cœpit *bellum*. Simulatque, ne inanis esset provocatio, diversos in *Rhetiam, Alsatiam, Belgiumq;* dimisit exercitus.

Plerique *Imperii Ordines Pacificationem* admittunt *Pragensem*.

Nihilo minùs *Cæsaris* nomine publicatum *Pacificationis Pragensis axioma*, præter cæteros *Ordines*, liberæ *Imperii Civitates* admisêre: *Guilielmo Hessiæ Landgravio*, & *Georgio Duce Luneburgio*, solis ferè repugnantibus. Hæc inter tropica, ne silerent *Sueci*,

Oxen-

Ostenstirnius cùm *Saxoniæ Electore* tàm per litterarum disceptationes, quàm legationes & tractatûs, experiri non destitit. Idem fecêre *Banerus* aliiq; militiæ *Suecicæ* proceres. Tandem *Adolphus Fridericus Dux Megapolitanus* honorarias arbitri inter utrosque suscepit partes. An lis componi posset, visurus. Sed aliter erat in fatis. Quanquam enim *Elector* tàm *compensationis*, quam *pacificationis*, proponeret media. Procul abfuit tamen, hæc ut placere potuerint *Suecis*, utique majora postulantibus. Undè *novissimum*, & quidem *gravius*, exardere cœpit *bellū*: *Sueciæ Ordinibus*, coactis *Regni comitiis*, validiora adversùs *Germaniam* decernentibus arma. Hinc *professum* severumq; inter *Suecos Saxonesq;* exarsit *bellum*. Quo flagrante, *Gallicani* & *Vinarienses* apud *Walderfangenā* fundūtur à *Gallasio*: *Cæsareanisq;* deditur *Moguntia*. Quib⁹ sub successib⁹ diversę *Cæsaris*,

Tractatûs inter *Saxoniæ Electorem*, & militiæ *Suecicæ* megistanes.

Quibus irritis, acrius exardescit inter utrosq; bellum.

Gallassius fundit *Gallo-Vinarienses.*

Moguntiā capit.

per *Austrasiam* in *Gallias* penetrat.

Pragensi pacificationi accedit *Elector Brandeburgius*, & *Dux Würtenbergius.*

Saxon. Electoris Apologeticus.

Horrenda in partibus *Mæni Rhenique* fames.

Imperii comitia.

Regisque Hispaniarum, copiæ per *Austrasiam* in *Gallias*, usque in *Parisiorum* viciniam, penetrârunt. Quanquam autem validis *Sueci* contrà *Saxoniam* irent viribus. Nihil tamen obstitit, quò minùs *Elector Brandeburgius*, itemque *Dux Würtenbergius*, *Pragensi* accederent *Pacificationi*. Quibus instituti sui caussas divulgantibus, non minùs *Elector Saxoniæ* secessionis suæ rationes *Apologetico* publicavit.

Horrenda, & ferè inaudita, pro tempore ob regionum vastationes, defectamque agricolationem, *Germaniam*, inprimis *Wetteraviam*, *Mæni Rhenique* partes, afflixit *fames*: hominibus famelicis, *latronum instar*, in homines, ceu *rabie quadam*, bacchantibus. Quo *Ferdinandus II. Cæsar Imperii comitia*, hactenùs velut desita, apud *Ratisponam* restauravit. Quibus durantibus, *Vinariensis*, in *Alisatiam* progressus, *Taber-*

bernas expugnavit: Alius autem, *Gallicanus* sub *Condao* in *Burgundiones* infusus, exercitus, *Dolenam* occupaturus, *Helvetiorum* interpositione, re infecta obsidionem solvit. Eorum imitatione, *Hessi*, *Suecique* junctis viribus *Hanoviam*, à *Lambojo* obsessam, liberârunt. Sed non impunè. Mox enim *Ioan. Gôtzenius*, cum *Bavarico* *Inferiorem Hessiam* ingressus exercitu, universam penè laceravit provinciam. Qui dùm plerasque per *Guestphaliam* *Hessis* extorquet civitates. Simulatque *Cæsareani* & *Saxones* expugnant *Magdeburgum*.

Vinariensis expugnat Tabernas. *Sueci Hessique liberant Hanoviam.* Mox *Ioan. Gôtzenius* lacerat *Hessiam.*

Aestuantibus apud *Ratisponam* *comitiis*, arduisque deliberationibus, *à Ferdinando II. Imperatore parente Ferdinandus III. Rex filius*, ob *pietatem* & *virtutes regias* commendatus, ab *Electoribus* ob *merita* & *illustres victorias* æstimatus, ab *Imperii ordinibus* ob *Imperii*, nuper

rùm pientiſſimè placidiſſimèque ex humanis ad cœlites emigravit. Immò *morte* verè *imperatoria*, non quidem gentili more *ſtando*, ſed pro *Auſtriaca pietate laborando*, & devotè *precando*, deceſſit.

Alii boni piiique *parentes*, antequàm his terris valedicant, nunc hæc, nunc alia, optant voventque: quanquam eventu votis rariùs reſpondente. Alii noxia & cum periculis, ac pœnitentia, conjuncta deſiderant. De *Theſeo* enim, autore *Cicerone*, proditum. Eum ab avo *Neptuno* tria optâſſe. Videlicet ut *Minotaurũ* cõficeret. Ut ſibi ad *Inferos* daretur aditus. Ut *Hippolytũ* ulciſceretur. Quo quidẽ impetrato in maximos incidit luctûs. Verùm *divini* ac *Magni* hujus *Cæſaris* vota fuêre cũ effectis, emolumẽto, & gaudio. Siquidẽ, ſecundùm animę ſalutẽ, *Imperii*, nuper *fluctuantis*, optavit *cõfirmationẽ*. Eam ex animi ſententia obtinuit. Pariter *Ferdinandum Regem filium*, *Imperii* fa-

ſti-

ſtigio digniſſimum, ſibi ſi quid humanitùs acciderer, optavit in *Imperio* ſucceſſorem. Etiam hoc ex animi ſui ſententia recognovit, vidit, & DEO gratias egit. Tanquam his igitur cœlitùs in vitæ exodio affectus beneficiis, ſibi, laudibus ſuis, gloriæ, familiæ, patriæque, ſatis vixiſſet. In cœlum, ad præmia à DEO evocatus, lubens ivit, mundi terræque ſatur, cœleſtium bonorum cupidiſſimus.

Curriculum vitæ tanti *Imperatorù* ferè attigimus. Dùm res geſtas illius breviſſimis iſtis lineis compendio deduximus. Cujus ſi quis *haud communes*, atque uſitatas, ſed *admirandas*, *ſtupendaſque*, velit commemorare *virtutes*, ſingulari inſuper opus ſit commentario, totâque *Iliade*, ſive rectiùs *Auſtriade*.

De hujus igitur *maximi glorioſiſ-*

ſi-

ſimique Principis pietate, ſolida veráque erga DEUM *devotione, humilitate, patientia*, & in utraque rerum fortuna *conſtantia*, : itemque *pietate* ergà *proximũ, Caritate, Caſtitate, Clementia, Iuſtitia, Liberalitate, Beneficentia*, ergà *litteras litteratoſque* amore, *Laboribus* & *Exercitiis, plenis* jam tùm *diverſi litteratores* egêre *libellis*. Ut, quicquid ego dicere velim, minus ſit. Quibus de cùm aliâs ſub *Annalibus* à me præmiſſum extet quoque. Proſit, vel illud ſaltèm, quod *multorum*, *vel omnium*, *inſtar* eſt, ſuper addere. Nempè profunda & inuſitata pietate *Ferdinandum II. Imperatorem*, dùm viveret, conſecutum fuiſſe. Ut tantùm non *patriarum provinciarum* APOSTOLUS, ſed SANCTUS PRINCEPS, SANCTUS IMPERATOR, non quidem à plebe & privatis duntaxat, ſed etiam à *Gregorio XV. Pont. Max.*, diverſis *Electori-*

Ejuſdem dùm viveret. PIETAS.

Rer. Germanicarũ Tom. II. à pag. 421. ad p. 436.

Ejuſdem SANCTITAS.

buss

neficium, animis unicè complecteretur. Nullis impensis, nullis laboribus, nullisque periculis, pepercit. Usque dùm è tot *œcumenicis procellis ac fluctibus luctantem ac fessam Imperii navem in portum* & quietem deduceret. Quæ quidem res, nimis intricata, ardua, ac difficilis, quantis procurari efficique cœpisset sudoribus. Iam utique brevi ac tenui filo fuerit superattexendum. Ità autem est.

Reject⁹ antè in *Pomerania* claustra *Ioan Banerus* recuperatis viribus, adjutore *Leslao*, *Lüneburgum* civitatem occupêrat. Hic successus auxit animos. Utq; apud *Wittstochium*, datâ pugnę copiâ, *Saxonicus* cū *Hatzfeldianis* funderetur exercitus, materiam prębuit. Hęc *recens victoria Banero* majores addidit spiritus. Qui, dùm *Vrageli⁹* per *Pomeraniā* spicilegia legit, *Gartzio* potit⁹, plenā per *Thuringos*, *Erphordiâ* subjugatâ, fecit messē. Iā demùò eas *Sueci* recuperârant per *Imperium* vires, ut metui possent.

Baneri victoria apud *Wittstochium*.

Occupat *Erphordiā*.

Prę-

trahere, quàm pœnas dare. Quas ne prorsùs effugeret, *Cæsareana Bavaricaque* vestigiis institêre copiæ. Hanc novissimam inter *Pomeraniæ* lacerationem *Bogislaus Dux illiberis* naturæ debitum implevit. Sic, super *Provinciarum hæreditate*, etiam *Sueci* cum *Brandeburgiis* haud languidè commissi.

Bogislai Pomeraniæ Ducis excessus.

Inter hæc, *Ioan. Werthius* arcem illam, ad *Rheni* & *Mosellæ* confluentes munitissimam (*Hermonium Lapidem* vocant) justa sub obsidione *Gallis* extorsit. Cùmque *Bernhardus Vinariensis* intrà *Burgundiones*, & partes *Alisatiæ*, feliciter rem gereret. Masculè occurrens *Werthius* plerosque illius conatûs compressit.

Io. Werthius Arcem ad Confluentes vindicat.

Nondùm intrà *Pomeraniam Marchiamque* militaris detonuerat tempestas: *Cæsareanis Tribseam*, *Wolgastum*, *Usedomum*, *Daminumque*, occupantibus. Mox tentata quidem,

dem, sed negata, *Rugia* insula. Pro qua dùm *Gartzium* expugnant *Brãdeburgii*, non minùs *Saxones Mauritiburgium*, *Hallarum* arcem, nec non *Lûneburgum* civitatem, recuperârunt.

B. Vinariensis oppugnat Rheinfeldiam.

Ex adverso, post excessum *Guilielmi Landgravii*, ubi *Hessi* per *Guestphaliam* reflorescentes *Geiscenam*, *Susatumque*, subjugâssent. Etiã *Bernh. Vinariensis* reducto è *Burgundionibus* in *Alisatiam* exercitu, *Rheinfeldiam* oppugnare cœpit. In illum, pro civitatis liberatione, moventes *Savellius Dux*, & *Ioan. Werthius*, conflictu nascente acerrimo, priùs *Vinariensem* rejecêre, victoriâ locoque, post solutam obsidionem, potiti. At *Vinariensis*, auctis postliminiò apud *Lauffenburgum* viribus, postridie ad constitutum rediit. *Victoresque*, nihil tale opinantes, in aciem tumultuariò pertractos, novo more cæcidit fuditque. *Ioanne Werthio*, *Enckefurto*,

Eum vincit & profligat *Werthius.*

Mox victus triũphat de victoribus.

to, & *Speerreuterio*, ſtrategis, in poteſtatem redactis. Hi, *Savellio* dilabente, vnà cum præcipui nominis *chiliarchis* & *tribunis* cæteris, *ſigniſque & tormentis*, *Pariſios* miſſi, tanquam raræ & luculentæ *victoriæ* teſtes.

Inſignem id genus, à partibus *Cæſaris*, jacturam *Hanoviæ* penſavit recuperatio. Intrà quam dùm *Iacobus Ramſajus*, præfectus *Scoticus*, totam latrociniis infeſtaret viciniam, præſertim in *Philip. Mauritium Comitem*, civitatis dominum, ejusque *agnatos, familiares*, & *conſiliarios*, ſine exemplo ſæviret impotentiùs. Pœnæ maturus à *Ludovico Henrico Comite Naſſavio*, ſtratego *Cæſareo*, caprâ partim per ſtratagema, partim vim injectam, *geminâ civitate, tanquam bos mugiens*, extractus. Inque arcem *Dillebergicam*, ubi *ſpontanea ſibi præſcripta inedia periit*, abductus fuit. *Hanoviam Naſſovius:*

Suppar *Marchionis de Grana* in *Vbiis* ſuc-

Aquisgranum Marchio de Grana intercipit.

successus. Hic enim cum *Aquisgranensium* civitate, super præsidio intromittendo, primùm litigavit. Mox, *Cæsareanis* adductis copiis, repugnantes imperata facere coëgit.

At *Vinariensis*, unicâ illa haud contentus *victoriâ*, ad novum grassari minùs destitit *triumphum*. Quo quidem spiritu ac confidentia plenus, post *Friburgi* subjugationem, ad *Brisaci*, fortalitii istius ad *Rhenum* in partibus *Alisatiæ* nominatissimi, obsidionem adjecit animum. Hoc dùm laboriosi instituti sub *æstu* totus est, *Ligariani* in partibus *Guestphaliæ Meppenam* civitatem & fortalitium, *Frisiæ clavem*, *belli* pro tempore *Palatini officinam*, immò *ærarium*, noctu feliciter intercepêre. Hoc vindicato fortalitio, nihilominùs periclitabatur alterum, nempè *Brisacum*. Quod ut contrà *Vinariensem* tueri liceret, *Ioannes Gôtzenius*,

Ligariani capiunt Meppenã.

nius, *Bavarico* cum exercitu è *Visurgi* evocatus, processit obviàm. Castrisque castra opponens, firmiter animo complecti cœperat, sese *Vinariensi* injecturum ab obsidione recedendi necessitatem. At *toties belli fallere solet eventus. Fortuna* quippe *consiliis* ipsâque audaciâ *potentior*. Hoc conatu ubi obsessum in fortalitium bis annonam conjecisset, de rerum summa prælio decernere optavit. Ventum erat ad *Witteweyrenam*. Hîc *Vinariensis* saltèm non pugnæ copiam objecit. Sed etiam *Gôtzenium*, tametsi animosè prælianter, feliciter vicit, castrisque exuit. Sic triumphus ac tripudiatio ad *Vinariensem*, jactura dolorque ad *Gôtzenium*, rediit. Nondùm tamen omnem vindicandi fortalitii abjecerat spem. Undè recollectis denuò institit viribus. Huic novas *Carolus Austrasius* adducturus suppetias, apud *Thannam*

Io. Gôtzenius, vindicaturus *Brisacum*, à *Vinariensi* funditur.

K tan-

Idem *Carolum Austrasium* fundit.

tantùm non laceſſere viſus eſt. Id ſibi notans *Vinarienſis*, cùm disjunctis maluit experiri, quàm conjunctis. Etiam hæc votum implevit audacia. Etenim iſtas quoque *adventitias* fudit profligavitque *vires*. Redintegratis interim copiis *Götzenius Lambojusq;* adhucdùm obſidionis promittere cœperant disjectionem. At infrà effectum ſtetit conatus. *Vinarienſis* enim, fortunâ ſuperior, poſt extortum hoſtibus pontem, etiam fortalitium, ad ultimam *famis* neceſſitatem deductum, ſub deditione feliciter extorſit. Hæc res infeliciùs geſta non inanem *Götzenio* conflavit invidiam. Undè, jubente *Maximiliano Bavariæ Electore* è *caſtris in cuſtodiam* traductus.

Et *Briſaco* fortalitio potitur.

Ex adverſo, *Hatzfeldius* apud *Lemgoviam* fundit *Principes Archipalatinos*.

Raram illam & *triplicem Vinarienſis victoriam*, apud *Aliſatiam* frementem, pauliſper opportunus *Mel. ch. Hatzfeldii* intrà *Gueſtphaliam* refrenavit ſucceſſus. Dùm enim *Carolus*

lius Ludovicus, & *Rupertus*, *Principes Archipalatini*, instructum ex interiori *Guestphalia* producunt exercitum, *patrimonium* vindicandi studio. *Hatzfeldius*, iusto, cum illis intrà *Mindam Lemgoviamque* commisso, prælio, *victor* evasit. *Novaque litis* ac belli *materiam in herba*, quod dicitur, oppressit. Captus & *Viennam* missus magnanimi spiritûs *Rupertus*. Ubi cùm aliquantisper cum honorificentia habitus fuisset, non inferiori sub indulgentia gratiaque dimitti cœpit.

Insignes plerùmque *bellatores* & *herôes* raò ad *senectutem incanaque menta* devenire, constat ex *annalibus*. Quis enim *Herculem*, quis *Achillem*, quis *Alexandrum*, quis *Scipionem*, consenuisse didicit? Idem vel hac nostra nuper tempestate de *Gustavo Rege*, & *Gothofrido Comite Pappenheimio*, innotuit. Hoc enim nobile bellatorum par ipsa in acie melio-

Præcox *Bernh. Vimariensis* fatum.

lioribus illis annis occidit. Eadem *Bernh. Vinarienfi* congruit fabula. Dùm enim *Cæfareani* copias è *Pomerania* reducunt. *Inferioris* autem *Saxoniæ Circuli Principes* apud *Lûneburgum*, fuper armatura cum *Suecis* fociandа, *conventu* experiuntur. Accidit, ut *Vinarienfis*, retracto fuo quoque è *Burgundionibus* exercitu, fignatis antè *teftamenti tabulis*, virili ac robufta illa ætate, præcipiti intrà *Brifacum* morte, decederet. Prout igitur *Chriftianiſſimus Rex* illi, dùm viveret, *belli nervos* fuppeditare confueverat. Pariter, ab ejufdem exceffu, exercitatas *tanti bellatoris* copias, certa tranfactionis lege, fuis penitùs applicuit partibus.

Eius legiones fortiùs fibi applicat *Rex Galliarum*.

Solennis hoc loco *Chriftiano IV. Dani Regi* debetur laus ac prædicatio. Qui primus, datis ad *Ferdinandum Imperatorem*, & *Ludovicum Galliarum Regem*, litteris, ab *infefto* & *diuturno bello* manus ad *pacem*, revocare

Chriftiani IV., Daniæ Regis, communis *Pacificationis* pararii, elogium.

care studuit. Amicitiæque recomponendæ *arbitrum* se se stitit. Quæ, quamvis plurimis involuta nexibus, & lõgè disjecta, nihilo-minùs spem fecit, secundùm *DEUM*, tandem extricari posse. *Sanitatis* enim est *initium, sanari velle.* Neque hanc dulcem concordiæ reparandæ intentionem rejecêre *Cæsar* & *Rex*. Ut deinceps, institutum laudis plenum urgente *Rege parario*, aperirentur tractatûs.

Intereà *Mars* suas implevit partes. Et cùm *Cæsaris* strategus *Piccolhominaus Theodonis villam*, civitatem ità dictam *Lützeburgicam*, à *Gallorum* obsidione vindicâsset. Novam porrò in *Gallias* suscepit impressionem. Qua irritati *Galli* per diverticula *Hispanis* turbare cœpêre *Cataloniam*.

Piccolhominaus Gallis Theodonis Villam vindicat. In Gallias denuò excurrit.

Non tralatitiam fuisse *Inferioris Saxoniæ Principum* apud *Lüneburgum* civitatem *diætam*, patuit ab eventu.

Georg. Lüneburgius ad Suecos relabitur.

Etenim *Georgius Dux Lûneburgius*, in caussa *Hildesiensi*, alienior redditus, sequestratâ *Caesaris* militiâ, rursûs ad *Suecos* deflexit. Hinc *Banerus*, permisso per *Lûneburgicam* provinciam transitu, in *Saxoniam* processit. Mox, relatâ apud *Chemmitium victoriâ*, post *Pirnae* expugnationem, in *Bohemiam* movit. Novoque auctus successu *Pragam* tentavit, sed frustrà. *At Caesareani Saxonesque*, recuperatâ *Pirnâ*, *Suecis* iêre obviàm. Hi autem per *Lusatiam Budissinum*, à *Saxonicis* vindicatum, denuò per *Torstensohnum* subjugârunt.

Banerus tentat Pragam.

Hoc tempore novissimum diduci cœpit inter *Hispaniarum Regem* & *Austriae Archiduces*, super *Brisaci* recuperatione, *foedus*. Quo recentior non minùs *pacificationis* per *Germanias* suscitata mentio. Cùm ipse *pacis arbiter Daniae Rex*, ob *telonii* per *Isthmum Danicum* auctionem, cum *Batavis*, & successivè *Suecis*, collidi cœpit.

Bellum *Sueco Danicum.*

cœpit. Non modò autem promiſſus intrà *Tyrolim* coiit exercitus. Sed, prout nuper *Divus Ferdinandus II. Imperator*, ſub graviſſimis nutantis *Imperii* concuſſionibus, operâ *Ferdinandi III. Regis filii*, uti conſueverat, & quidem feliciſſimè. Conſimiliter *Ferdinandus III. Imp.* militiæ ſuæ præfecit *Dictatorem Leopoldum Guilielmum Archiducem fratrem*. Cujus *pietati & virtuti* ubi, poſt *Gallo Vinarienſium* in *Heſſiam Marpurgenſem* infuſiones, illâc quoque ampliſſimas duceret copias, *Academia Marpurgenſis*, exhauſtum & inopiam præmetuens, meis tùm verbis, ſub *Elegidario* typis excuſo, humilima cum reverentia aſſurrexit. Quod hîc interjunxiſſe non ſit ſupervacuum:

Serenissimo & præpotentissimo Principi, D. D.

LEOPOLDO-GUILIELMO,

Austriæ Archiduci &c. &c.

S. Cæsar. Maj. Exercituum per Germaniam Imperatori:

Pro impetranda communium Studiorum, & Civitatis, tranquillitate:

Supplicat

Academia Marpurgensis, *quæ in Hessis est.*

Ad *Leopoldum Guilielmū Archiducem*, Cæsareanę militiæ imperatorē, Autoris *Elegia*.

QVÆ venit à Lano, Martis qui perfluit urbem,
Parvaque dividuis mœnia cogit aquis.

Tri-

Triſtis, & heiſpaſſis Academica
Muſa capillis,
Volvitur antè tuos, ô LEOPOLDE,
pedes.
Scilicet, aſſiduis bellorum percita
curis,
Undè petam dubiis, neſciò, re-
bus opem.
Scilicet immenſis jam-dudùm fra-
cta periclis,
Undè meum tollam, vix patet,
ægra caput.
Ergo; diu vaſtis veluti jactata pro-
cellis
Cymba per Hadryacas naufraga
fertur aquas.
Sic ego, ſic, triſti miſerarum turbine
rerum,
Angor, &, extremis fluctibus
acta, feror.
Reſpice clementi timidam me re-
ſpice vultu,
Ingens *Auſtriacæ* ſpes, *Leopolde*,
Domus!

Afflictisque jube meliùs confidere
rebus:
Hei mihi! quàm lento torqueor
ipsa metu.
Ne tuus ingenuas armis Exercitus
artes
Perdat, &, auxilii jus superesse,
neget.
Ne tuus Aönias hac turbet in urbe
Camœnas
Miles, & exilii sit mihi caussa
novi.
Fallor? an ut studiis, magno vel Cæ-
sare dignis,
Auctus es, hæc annos & decuêre
tuos:
Haud secùs es doctis Musarum mi-
tis alumnis,
Tangit & Aönii te pia cura gre-
gis?
Et quis adhûc dubitet? Cùm, Re-
gum sanguine natus,
Cæsareæ referas nobile stemma
Domûs:

Quin

Quin tibi sit puro mens hæc exco-
cta metallo,
Ac certes proavos æquiparare
tuos?
Qui sibi magnanimis famam pepe-
rêre sub armis,
Qui vetus Aönia nomen ab arte
ferunt,
Albertos siquidem quis nesciat, arte
coruscos,
Ardua Cæsareâ sceptra tulisse
manu?
Maximiliane, tuas humili quis carmi-
ne laudes
Impleat? ô supero dignus *Utroque*
polo!
Quis *Ferdinandos*, *Fridericos*, atque
Rodolphos,
Ausit Apollinea commemorare
chely?
Utque alios taceam: Quis par sit
laudibus, inquam,
Carole Magne, tuis, *Carole Quinte*,
tuis?

Hos, & complures, cùm Marte, vel arte, Monarchas

Æques ingenii nobilitate tui:

Quis nunc sollicitas hoc tristi tempore Musas,

Auxilium tanto de Duce ferre neget?

Quid? quòd & exemplo, vel magni nomine fratris,

Qui gerit augusta sceptra suprema manu:

Immenso Cæsar qui, tanquam numen, in orbe:

Quo nihil hæc mundi machina majus habet.

Ausus es instructas deducere in arma phalanges,

Et procul à patriis ponere castra plagis.

Scilicet hoc teneris fratrique tibique sub annis,

Seu commune simul, seu patriumque, fuit:

Ut

Ut prior egregiis adolesceret artibus ætas,
Audax floreret Marte juventa suo.
Sic ô, sic igitur tantorum nomen Avorum
Tu fraterq; colit, magnus uterque, tuus.
Nec pietas dubitare sinit; nec splẽdida virtus,
Quin fuerit velis aura reperta meis.
Finge; velis duris insurgere moribus? An sic
Ingenii perdes splendida dona tui?
Finge velis doctas pessũndet miles ut artes?
Durities non est pectoris illa tui.
Tu generosa trahis mansuetæ semina gentis:
Austriacos feritas haud decet ista *Duces*.

Ergò pacis amans, mitisque clientibus, adsis!
In populo facilis, durus in hoste, tuo!
Est etiam laudis vel parcere sontibus ipsis:
Nec pudet in victis hostibus esse pium.
Quò magis insontes libeat defendere Musas:
Arma quibus nunquam sumpta fuisse liquet.
Nec te, si qua fides, doctas quòd protegis artes,
Gloria, cum magno fratre, tacere potest.
Te per honoratos proavos, & nomen avitum,
Fama coronatis provehet ampla rotis.
Te mahometigenæ metuent, cum Fratre, Tyranni,
Austriacas Tanais sentiet ipse manûs.

Te

Te vatum pia turba canet, tibi conferet hymnos
Musa, per augustas condecorata manus.
Tu modò da fessis solatia tuta Camœnis,
Et studiis requiem Marte furente meis.
Tu modò mœrentes hoc assere tempore cœtûs,
Omnia quo bella sunt operata truci.
Et propelle graves à nostro *Monte* tumultus,
Qui vice *Parnassi*, si sinis, esse potest.
Fallor? an admonitu Musarum nobile pectus
Flectitur, & pietas cerea mollis erit?
Fallor? & herôum virtus instillat avorum,
Ocia des studiis sæpe petita bonis?

Sci-

Scilicet, ut superis mens regia convenit astris,
Undè datur dubiis certa medela malis:
Sic tua, quò sese virtus sublimior effert,
Cultores magis est prompta fovere suos.
Mite dedit pectus magnis natura Monarchis:
Archiducum virtus propria talis erit.
Salve magne Ducum! Te cessent auspice clades,
Duraque pauperies, exiliique metus.
Pulsa diu raucas obtundunt circiter aures
Classica, profidibus clangor ubique tubæ est,
O utinam roseos repetens aurora jugales
Optatam supero provehat axe diem!

Can-

Candida pax populos qua, te moderante, revisat,
Pax, ô pax, olea cincta virente comas.
Tunc tunc, pro meritis, Dux ô Invicte, superbis
Ibimus in laudes turba diserta tuas.
Tunc tunc, historicis tua fama relata libellis,
Notescet fastis glorificata novis.
Tu modò nunc humilem ne dedignare Camœnam,
Et rata fac hæc sint ut mea vota, Vale!

Nec fraudavit hæc *Hessiæ Parnassum* expectatio. Quam enim *Austriacam* sitivit clementiam, cum fœnore retulit. Sic, dùm confertissimæ *Cæsaris* copiæ penes *Fritzlariam Suecis* objectę diutulè constitêre, *Mars Musis* parùm nocuit. Pejùs fuit *Francofordiæ Oderanæ*, itidem stu-

studiis liberalioribus claræ. Hæc enim, à *Suecis* infessa, patriis per assultûs tentata armis.

Alibi, præcipuè per *Franconiam, Variscos*, & *Saxoniam*, mutuas *Sueci*, *Bavarici*, *Saxonicique*, exercuêre digladiationes. Et cùm *Lûneburgii Duces*, comite *Inferiori Hessia Landgravia*, iisdem cum *Suecis* sociarent vires, *Collegiata Imperii Electorum* penes *Noribergam* emersit *diata*. Quæ illos, in devium abreptos, *Imperii Principes*, codicillis sapientiæ moderationisque plenis, in viam revocaret. Sed parùm profectum est. Hinc plena *Ratisbonæ* supervênere *Imperii comitia*. Sub quibus, præmissis illis universalibus, *Cæsarem Electores*, super *Armistitio*, corrogârunt. Ita primò apud *Coloniam Agrippinam pacificatorii* aperti *tractatûs*: *Imperii Ordinibus* super militum hybernis rationes conferentibus. His suam *Leopoldus Guilielmus*

Imperii comitia.

Initia Tractatuum *Pacis* apud *Coloniam*

Archi-

Archidux adjecit ſymbolam, ſuper præſentis militiæ ſtatu. *Cæſarē* cōmonefaciens. Mitiſſimus *Cæſar*, *fratris Ordinūq;* rogationib⁹ annuens, pro canone ſalvi, ceu vocant, cōductûs, *cōpenſationis Suecicæ*, & *Amneſtiæ*, decreta fecit. Interim, cùm *Duces Lûneburgii* nō cederent *Electorū* dehortatoriis, cauſſas ſcripto divulgârunt. Quas ob ab armorū cū *Suecis* cōjunctione recedere nequeât. His *Saxoniæ Elector* reſtitit. Cui denuò per *Apologeticū*, ad *Daniæ Regē* directū, illi ſatisfecêre. Superacceſſit *Leopoldus Guilielmus Archidux*, tàm copiis, quā litteris, ſeceſſionē perſuaſur⁹. Secundū quem *Cæſar* ipſe proceſſit in partes, obediētiāq; *verbis armatis* inculcavit.

Agripinā.

Electores Imperii Duces Lûneburgios à Societate Suecica dehortantur.

At *Auguſt⁹ Dux Lûneburgi⁹*, præfata idonea facti purgatione, *querelarum* obijciens *catalogū*, inprimis *Rauſchēbergiū* chiliarchā *Bavaricū*, pro tempore *Wolferbyti* præfectū, inclemētiùs perſtrinxit. Super his dùm *Cæ-*

ſar

sar decreto experitur, denuò *Duces* suam objecêre innocentiam. *Banerus* autem, in *Bohemiam* progessus, *Imperii comitia* penes *Ratisponam* conturbare tentavit. In hunc *Piccolhominaus* cum copiis excurrens, junctis *Bavarorum* viribus, *Suecos* non modò è *Bohemia* rejecit. Sed etiam in *Varíscis victoriâ* contusos ad *Visurgim* usque fugavit. Sic *Banerus* denuò, re infeliciter gesta, in *Lûneburgios* rejectus, cum ipsis sorte tonante colliditur *fœderatû*. Putâsses, illum, adversitatibus attritum, quęsiisse latebras. At novè viribus auctus, ne amicis ac sociis esset oneri, in *Superiorem* prorupit *Palatinatum*. Hac invasione *Ratisponam* non parùm territavit, sub ipso *comitiorum æstu*. At magnanimus *Cæsar Ordinibus* præscripsit mansionem. Hinc *Ordines*, in pacis rationes intenti, *Baneri* permissu, in *Sueciam* direxêre legatos. Nec minùs cum *Daniæ Rege*, tan-

Piccolhominaus è *Bohemia* rejicit *Banerum*.

Qui iteratò prorumpit.

ttanquam *arbitro*, egêre. Denuò *Ducum Lûneburgiorum*, & *Inferioris Hessiæ Landgraviæ*, apud *comitia*, legati contestationibus experiri non destitêre. Quibus *Saxoniæ Elector*, cum cæteris *Septemviris*, obnunciavit. Ut denuò *Lûneburgii* prolixam instituerent confutationem. Quam *comitiorum*, sub *Amnestiæ* publicatione, excepit *clausula*. *Cæsarisque Viennam* regressus. Tùm demùm *Caroli Angliæ Regis*, in caussa *Palatina*, recruduit interpellatio. Cujus ad *Aulam Cæsaream* tùm quidem ventilatio rejecta.

Amnestiæ axioma apud *Ratisponam* publicatur.

Caussæ *Palatinæ* reassumptio.

Resurgentibus intrà *Burgundiones* motibus, *Christianissimo Regi* reconciliatus fuit *Carolus Austrasius*. Qui mox in partes *Cæsaris* rediit.

At *Galli*, cum *Suecis* mutui *fœderis* rationes renovando, occasionē prębuêre *Rhætis*, ut, super jurisdictione, cum *Austria Tyrolensi* stomacharentur. Nec minùs *Galliarum Rex* in re-

Galliarum Rex sibi applicat *Brisacum*.

rectiorem *Brisaci* è manu *Vinariensium* vindicationem incubuit. Quo quidem tempore, missis feriis, *Cæsareo-Bavarici Hohentvvilam* oppugnavêre, fortalitium *Würtenbergicum*. Eandem ferè *Cæsareo-Saxonici* intrà *Lusatiam Suecis* objecêre, præliandi materiam: *Saxonicis* alia parte *Zvvickaviam* recuperantibus.

Geor. Guilielmi Electoris Brandeburgii excessus.

Vixdùm *Geor. Guilielmus Elector Brãdeburgius* morte decesserat. Cùm *Duces Lüneburgii*, sociatis cum *Gallo-Vinariensibus* & *Hessis* viribus, *Wolferbytum* oppugnare cœpêre. Quibus dum *Cæsaris*, sub *Archiducefratre* objectæ, prævaluissent copiæ. Post *Georgii* fratris excessum, ilicet cum *Cæsare Augustus Dux* rediit in gratiam.

Archidux Lüneburgios Duces ab obsidione *Wulfferbyti* reijcit.

Iterùm *Banerus* ubi *Ratisponam* sub *comitiis* terruisset, ingruentibus *Cæsareanis*, copiarum partem sub *Schlangenio* militantem, ipso cum duce, perdidit. Undè *comitiis*, in locum

Idem Schlangenium capit.

cum trepidationis, accessit *triumphus*, hilaritas, & *captivorum spectaculum*. At *Banerus*, præcipitem in *fugam* conjectus, tempore inopportuno *febri* affligitur. Sic, *duobus* simul semelque *hostibus*, nempè *Cæsareanis*, & vehementi *morbo*, impar, apud *Halberstadium* vitæ militiæque finem fecit. Hujus in locum suffectus *Leonh. Torstensohnus*. Quo copias ducente, *præliminares* inter *Cæsarem*, *Sueciaque Regnum*, apud *Guestphaliam*, emersêre *mutuæ Pacificationis tractatûs*. Simulatque *caussa Palatinæ* penès *Aulam Cæsaream* resurrexit assumptio. Quæ cùm minùs ad effectum spectaret decisio, *Maximilianus Bavariæ Elector* caussas *Apologetico* reddidit. E quibus liqueret, per se non stetisse, quò minùs coeat *transactio*. Idem alterius *transactionis* publicavit *systema*. Quo *canones*, sub quibus *Ligariani fœderis* legem admisisset, dilucescunt.

Fugatque *Banerum*.

Ejus mortui in locum subit *Leonh. Torstensohnus*.

Initia *Pacis Tractatuũ*, intrà *Guestphaliam*.

Maximiliani, Bavariæ Electoris, diversæ contestationes, super *Caussa Palatina*, *Superioris Palatinatûs* translatione. &c.

cescunt. Idem *tabulas*, translationem *Superioris Palatinatûs*, *Austriaque Anasina* refusionem, concernentes, evulgavit. Idem *Protectionis, Evictionis*, & *Indemnitatis*, super *Palatinatûs emptione*, diploma misit foràs. Idem deniq̀ue, dùm superiores intrà *Viennam tractatûs* exspirarent sine effecto, *Protestantibus* per legatos usus *est verbis*.

Secundùm hæc per *Burgundiones* & *Pedemontium*, inter *Hispanos Gallosque*, per *Ungariam* inter *Cæsareanos* & *Turcos*, per *Germaniam Superiorem* inter *Helvetios* & *Rhætos*, diversi consurrexêre motûs. Cùm, post *Hohentvvilæ* obsidionem, primò *Imperii Electores* apud *Moguntiacum præliminarem*, mox *Francofurtum deputatoriam dictam*, indixêre *diætam*.

Lambojana clades. Quas tantùm non *Lamboy* in *Ubiis*, per *Gallo-Vinarienses* illata, conterruit *clades*. Cujus, illis in partibus, jacturam emendare studuêre *Cæsareani*,

reani, & *Bavarici*. At mox meliorem communis *Pacificationis*, tandem inchoatæ, hilaritatem interposuêre præventa apud *Guestphaliam* præliminaria. Hanc rem, pro recocta sua & prudentia, & autoritate, *Christianus Daniæ Rex* omni industria urgere, & provehere, haud cessavit. Nihilo-minùs, prout non semper & ubique ridet *Apollo*, ità per *Saxoniam*, super hybernis, *Cæsareani* cum *Suecis* commissi. Hinc, prementibus *Suecis*, *Saxoniæ Elector* in leges *medietatis* propendere visus: *Cæsareanis Erphordiam* præcludentibus. Eundem deinceps *medietatis canonem* diduxit *Elector Brandeburgius*. Ex adverso, cum *Cæsare*, præeunte apud *Goslariam conventu*, pepigêre *Duces Lüneburgii*. Mox, eodem ferè tempore, universalis apud *Guestphaliam pacificationis* tàm *Præludia*, quàm *Diætæ* illius apud *Francofurtum* dictæ *Deputatoriæ initia*, coaluêre.

Transactio inter *Cæsarem & Lüneburgios Duces*.

Diæta Deputatoria *Francofurtensis*.

Verùm ne sic quidem data bellis missio. *Carolus* enim *Austrasius*, cum *Halliero* stratego *Gallicano*, retentavit prælia. Paulò vehementior inter *Franciscum Albertum Ducem Lavvenburgium*, nomine *Cæsaris*, & *Leonh. Torstensohnum*, ex parte *Suecorum*, apud *Schvveidnitium Silesiæ* oppidum, accidit pugna. Quâ, profligatis copiis, *Lavvenburgius* cecidit. Hac parta *victoria Sueci* prorupêre in *Moraviam*. At *Cæsareani*, per *Silesiam* resurgentes, mox apud *Lipsiam* denuò per *Torstensohnum* fusi. Hinc *Archidux more veteri*, præeunte examine, *supplicium* ab istis exigere jussit. Qui intempestiva, turpi, noxiaque, fugâ *Cæsareanos victoriâ*, ferè jam tùm sub manibus versante, privâssent. Quòd igitur *bis Cæsaris* præter exspectationem contundi cœpisset exercitus. Bis ideoque felix; *bis victor*, fuerat *Torstensohnus*. Hæc illi nocuit confidentia. Dùm enim *felicitatis binario* in-

Torstensohnus apud *Schvveidnitium*, & *Lipsiam*, victor.

Sed mox per *Archiducem* à *Fridberga Misniorum* obsidione reijcitur.

insuper adijcere tentat *ternarium*, ad *Fridberga Misniorum* properavit obsidionem. Hìc vultum mutans fortuna *Torstensohnum* procul à destinatione sua rejecit. Etenim *Archidux*, restauratis promptè viribus, mox integro affuit cum exercitu. Civitatemque, per *Geor. Hermannum Schleinitium* acerrimè defensam, opportunè & feliciter eliberavit. Tàm gratum fuit *Cæsari* defensorum officium. Ut *Schleinitio* saltèm non equestrem augeret dignitatem. Sed ejusdem constantiæ, sicut & *Consulis* merito, luculenta per *Piccolhomi-naeum* conferret præmia. Hoc pacto factum, ut *Torstensohnus*, relictâ pro temporè *Misniâ*, recederet in *Pomeraniam*. Qua captata occasione *Daniæ Rex*, datis ad legatum regium *Gallicanum Hammaburgi* existentem litteris, in puncto *Pacificationis*, *Præliminarium* effectum & *parasceven* illam urgere perrexit. Sed in-

Usque in *Pomeraniam*.

Laudatum *Daniæ Regis* pro *Pace* studiũ.

Ludovici XIII., Galliarum Regis, excessus.

interveniens *Christianissimi Regis Ludovici XIII. excessus* non exiguam tàm laudabili instituto objecit moram. Huic accessit illustris *Gallicanorum*, sub *Ducis Anguiennæi* imperio, apud *Rocroyam victoria*. Cui cumuli loco supervenit, eodem autore, *Theodonis villa*, civitatis ità dictæ *Lucemburgica*, recuperatio.

Anguiennæi apud *Rocroyam* victoria.

Durabat pro tempore *Diæta* apud *Francofurtum* dicta *Deputatoria*. Cujus legati nihil ad summam industriam fecêre reliqui, quò *Inferioris Hessiæ Landgraviæ fœderis* cum exteris *Magnatibus* continuationem expectorarent. Sed frustrà fuêre. Pariter infrà effectum stetit *Gallo-Vinariensium*, *Rotvvilam Imperii* civitatem obsidione tentantium, conatus. Superveniente enim *Ioanne Werthio* repulsi sunt. Melior *Königsmarcio*, *Halberstadium* oppugnanti, aspiravit successus. Undè è *Pomerania* in *Moraviam* reduxit *Torstensohnus*. Cui iis in

Werthius ab obsidione *Rotvvilæ* rejicit *Gallos*.

Torstensohnus è *Pomerania* in *Moraviam* movet.

in partibus, crebris non sine prȩliis, *Ragotzium sibi asciscit.* restitêre *Cæsareani.* At ille, pro confirmanda illic belli sede, *Rogotzium Transylvaniæ Regulum* in commune *fœderis* belliqùe attraxit contubernium. Qua *Iazygum* societate erectus *Brinnam Moraviæ* civitatem eadem sorte, qua *Fridbergam*, sub obsidione tentavit. *Brinnam, Moraviæ civitatem, frustrà tentat.* Effectus siquidem, *Gallassio* superveniente, fuit irritus. Hinc *Cæsareani*, misso cum legionibus in *Pomeraniam Cracovio*, *novos* illic diverticulo tenùs concitavêre *motûs*.

Inter hæc, cum *Daniæ Rege* acerbis, super telonii maritimi auctione, *Batavi* jam tùm diffidere cœperant odiis. Quam caussam sibi cum illis communem fecêre *Sueci*. Indè *Torstensohni in Holsatiâ contrà Danos expeditio.* *Torstensohnus*, tanquam aliud agens, è *Moravia* perrexit in *Silesiam*, & ulteriùs in *Holsatiam*, *Regem* ulciscendi instituto. Hæc ubi *nova Danis* instant *tropica*, per *Ubios Hessi*, *Dürenâ*

 per

per *Ubios Heſſi*, *Dûrenâ* per obſidionem fruſtrà tentatâ, cum *Ligarianis* non una parte committuntur. Rectior ſub agro *Brunſuicenſi* quies. Hîc enim, ex lege *tranſactionis Goslarienſis*, per *Bavaros* *Wolferbytum* & *Einbecca* civitates *Ducibus* ſuis reſtitutæ. *At Gallo-Vinarienſes*, injuriæ nuper apud *Rotvvilam* acceptæ memores, denuò hanc retentârunt civitatem: ſed majori cum noxa. *Guebryanus* enim *Comes* & ſtrategus, copiarum ductor, lethaliter vulneratus, civitatis occupationem proprię vitæ impensâ nimis carò emit. Hanc ſupremi capitis jacturam mox totius exercitûs apud *Dütlingam* excepit perditio. Illic enim *Bavarici*, comitante *Hatzfeldio*, univerſi *Gallo-Vinarienſium* exercitûs, *tanquam in quadam cavea*, intercepêre megiſtanes & ſtrategos: legionibus pleriſque, excepto *Roſano*, ſua cum manu maturè tempeſtatem

Wolfenbytum, & *Einbecca*, *Lûneburgiis Ducibus* reſtituuntur.

Apud *Rotvvilam Guebryanus Gallo-Vinarienſium* auctor, occumbit.

Mox iidē *Bavarici* univerſum *Gallo Vinarienſium* exercitum intrà *Dütlingam* intercipiunt.

ſtatem effugiente, diſſipatis, & ſub titulos miſſis. Hæc *duplex & acerba clades* haud perfunctoriè *Pariſios* afflixit. Majoremque renovandi cum *Suecis fœderis* curam injecit. Ex adverſo, robuſtior nata *Cæſareanis* confidentia id habuit ponderis. Ut tàm in *Gallicanos*, quàm inprimis *Suecos*, & quidem per *Sileſiam* recedentes, graviùs animadverterent. Vix tandem communis illius apud *Gueſtphaliam Pacificationis* rectior affulgere cœperat ſpes, legatis *Magnatum* jam deniqueàd conſtitutum convolantibus. Cùm mox noviſſima graviſſimaq; rectà interceſsêre obſtacula. *Torſtēſohno* enim copias, prętermultorum exſpectationem, in *Holſatiam* infundente, tàm *Rex Daniæ*, *honorarius* utiq; inter partes *arbiter*, ſubtra-ctus, quā ipſis *Pacificationis tractatib*⁹ vixdùm inchoantib⁹, injectę, ex noviſſima *Regnorū* vicinorū colliſione,

Daniæ Rex, armis infeſtatus *Suecicis*, ſubmedio *Pacificationis* æſtu, tanquam *Arbiter*, ſubtrahitur.

habenæ. Primùm igitur *armis Torstensohnus*, mox *litteris* ac tabulis, hocce institutum comprobantibus, *Suecia Regina*, experiri cœpit. Quibus tùm, unà cum *Christiano Rege*, *Daniæ Regni Proceres clarigationis*, quibuscunque gentibus ab antiquo receptæ, intermissionem tantisper objecêre. Usque dùm necessaria, pro patriæ defensione, terra marique paràssent arma. Ad has *Danorum objectiones* sub integro *Sueci* responderunt libello, dicto *Apologetico*. Quibus æquè prolixam *Dani* opposuêre *confutationem*. Hæc dùm fiunt, *Bavarici* cum *Gallo-Vinariensibus* commissi nullas egêre ferias.

Altercationes *Danorum Suecica*.

Putâsses, *Torstensohno* cum copiis absentivo, jucundam *Austria* rediisse quietem. At secùs accidit. Iste enim, arctiori cum *Transylvanis* diducto *fœdere*, sic quidem *Ragotzium* vocavit in partes. Ut recentissimis hic præparatis copiis *Ungariam* denuò in-

Ragotzius, loco *Torstensohni*, *Austria* molestus.

infestaret, *Cæsari* & *Austriæ* impendiò molestus. Ità *alter* sub *Ragotzii* vesticontubernio latitabat *Torstensohnus*. Quæ res haud perfunctoriam *Cæsari* peperit solicitudinem. Ut partim *edictis* in *Ungaria*, dynastas, rebus novis studentes iret. Partim instructas *Transylvaniæ* ac barbaris opponeret *copias*. Quibus non obstantibus, *Ragotzius* *Ungariam* ingressus, pro more, ferro & igne sævire cœpit. Donec ingruentibus contrà eum *Germanicis Cæsaris* legionibus, novissimas *pacis*, pro more, objecit *rationes*.

Cæterùm, prout laboriosis sub disceptationibus, in caussa pacis, *Cæsaris Regum Magnatumque* legati apud *Guestphaliam* defatigabantur. Ità satis difficulter *Daniæ Rex*, *Suecicis* inopinatò tantùm non inundatus copiis, arma paravit. Simulatque enim militiæ, præsertim terrestris, coegit *tyrocinia*. Ilicet ab hostibus,

more accipitris in columbas ingruentis, hic fundi cœpit proventus. Ità, *Danis* bis infelicibus, *Sueci* bis felices.

Tumultuante per *Ungariam Rogotzio*, non omnis recesserat, tametsi per *Holsatiam* fulminans, *Torstensohnus*. Quippe, secundùm *Transylvanos Austriæ* inhiantes, etiam *Königsmarcium* reliquerat. Qui per *Imperium* rebus sociisque laborantibus subveniret.

Königsmarcius populatur *Misniam*.

Hic igitur in *Misniam* à suis evocatus *Cæsareanos*, *Lipsiam* præcludentes, rejecit. Ex adverso, *Bavarici Gallo-Vinariensibus* fortunâ superiores, *Uberlingenam* obsidione extorsêre *Corvalio*. Hinc contrà *Hohentvvilam* itum est. Sed fefellêre, super fortalitii deditione, initi tractatus. Pariter *Hessis* per *Ubios* licenter grassantibus mandato *Cæsaris* recènsſub *Geleeno* præparatus objici cœpit exercitus.

Bavari extorquent *Gallis Uberlingenam*.

Præ-

Præter hæc, qua difficultate, inter *dissidentes odiis* tot *legatos, initia tractatuum* pacis apud *Guestphaliam* tandem coiissent, nemini sit obscurum. Vix enim semel imbuti livore animi simultatem, quam à longo tempore imbibêre, libêter ac citò deponunt. Ut spatio ad conciliationem opus sit. Hoc pacto non temperare sibi potuêre *Christianissimi Regis* oratores. Quin directis ad *principes Ordinesq;* quosdam *Imperii* litteris, tàm *Cæsaris* actiones carperent. Quàm certos suo nomine ad locum *tractatuum* vocarent *Ordines*. Has insimulationes *Cæsar* idonea diluere jussit *confutatione*. Ut non minùs in querquerum *Ordines* convocandi modum animadverteret.

Legatorũ, in caussa. *Pacis*, apud *Guestphaliam* concertationes.

Procedente tàm per *Ungariam* cũ *Rogotzio*, quàm per *Holsatiam* cum *Suecis*, bello, *Cæsar* auxiliari cum exercitu *Gallassium* misit, qui *Regi* succurreret. At *Maximilianus Ba-*

Mercyus, in conspectu *Gallorum*, *Friburgum Brisg.* expugnat.

varus, cum *Gallo-Vinariensibus* per *Brisgoviam* commissus, operâ *Mercii*, in conspectu hostium, *Friburgum* civitatem expugnavit. Mox, *memorabili* intercedente *pugna*, *Auguiennao Duci*, quantumvis acerrimè dimicanti, luculentam expressit *victoriam*. Neque isthoc satis. Cùm enim magnanimus *Anguiennai* in ultionem ferretur spiritus, *tertia vice* hunc per *Marchionatum Badensem* retentato prælio *Mercyus* singulari fortitudine *fudit vicitque*. Hac *duplici* à *Gallo-Vinariensibus* relata *victoria*, *duplici* isti *Cæsareanorum* per *Torstensohnum* factæ *cladi*, videbatur parentatum. Velut autem illic *Archidux* obsessam à *Torstensohno* vindicavit *Fridbergam Misniorum*. Ità ferè, ex adverso, reparatis viribus *Anguiennaus* fortalitium istud *Nemetana* ditionis, dictum *Philippiburgium*, contentissimè oppugnando brevi spatio subjugavit.

Mox *Anguiennaum* iteratò, & [illegible]is, fundit.

Anguiennaus subjugat *Philippiburgium*.

Ad-

Adhûcdùm apud ineuntia *Pacificationis* per *Guestphaliam comitia* dissentientes inter sese litigabant legati. Cùm *Bavarici* cum *Gallo-Vinariensibus* apud *Nicri Rhenique* partes, *Ligariani* cum *Hessis* intrà *Ubios*, certârunt. Par *Caesareanorum*, sub *Io. Gôtzenio* & *Buchheimio*, per *Ungariam* cum *Transylvanis* lucta. Nec minor *Gallaßii Danicorumque* per *Holsatiam* cum *Suecis* præliatio. Quibus è partibus ubi *Galli, Mercii* fortitudine attriti, *Torstensohnum* revocarent. Etiam *Caesar* reverti jussit *Gallaßium*. Sed paulò intricatior ejus fuit reditus. Dùm enim versùs *Magdeburgum*, & *Salam* flumen, copias reducentis vestigiis inhæsit *Torstensohnus*, abundè incommodatum est.

Gallaßius cum copiis pro Dania Rege, auxiliaribus missus, revocatur.

Eiinstat Torstensohnus.

Durabat adhûc terra marique *bellum Danicum*. Cùm *Torstensohnus*, attritis in itinere *Gallaßii* legionibus, tetendit in *Bohemiam*. Huic *Caesar*

Reditque in Bohemiam.

Novus Cæsaris, sub Hatzfeldio, exercitus.

far novum sub *Hatzfeldio* objecturus exercitum ipse *Pragam* excucurrit. Quò *Regno* & copiis suis esset vicinior. Hoc tempore *Ragotzius Turcicis* nixus auxiliis *Ungariam* inquietavit contentiùs. *Elector* autem *Saxoniæ*, continuis per *Misniam* vexatus lacerationibus, in *semestrales* cum *Suecis* descendit *inducias*. At *Bavarici*, secundo *Mœno* usque in *Wetteraviam* pertingentes, *Gallo Vinariensibus* & *Hessis* hac quoque parte nocuêre.

Bellum Sueco-Batavo-Danicum.

Eò usque excreverat *bellum Danicum*. Ut *Batavi, Suecis* misti, maritenùs *Regem* urgerent. *Sueci* autem tàm *classibus*, quàm *copiis terrestribus*, institutum persequerentur. Utrisq; modò non restitit *Rex*. Sed etiam copias in *Sueciæ* interiora infudit.

Interim *duplex Cæsareanos* urgebat *hostis*, nempè *Ragotzius* per *Ungariam*, & *Torstensohnus* per *Bohemiam*, idque ex pacto. Mox res specta-

ctavit ad *pugnam*. Qua penes *Ianckoviam* commissa, *Torstensohnus* denuò *victor* evasit. Hic casus *Cæsari* ociùs in *Austriam* recedendi imposuit necessitatem. In quam, secundùm *Moraviam*, totis *Sueci* jam tùm irruebant agminibus, militari libidinatione conturbantes pleraque. Par ferè *Königsmarcii* per *Archiepiscopatum Bremensem* progressus.

Torstensohni victoria apud *Ianckoviam*.

Hæc ne ulteriùs tenderet natio. Ecce! *Mercyus* cum *Bavaricis* venit in partes. Opportunaque apud *Mariathalam* captata *pugna* occasione, *Gallo-Vinarienses* denuò cæcidit profligavitq;. Nec minùs *victoriam* persequi, quàm vincere, cœpit. Dùm hostium reliquias in *Inferiorem* usq; *Hessiam* rejecit. Tàm rara & *multiplex Bavaricorum felicitas* opportunè *Cæsareanis*, jam tùm confertissimas copias contrahentibus, erexit animos. Priùsque apud *Mona-*

Mercii victoria apud *Mariathalam*.

nachium & *Viennam*, super novissima *Gallorum clade*, triumphatum est. Quàm *Ianckoviana* illius *victoriæ* odor aut nuncius in *Sueciam* pertingeret. Sic alternante clades fortunâ, major affulsit *Cæsareanis* copias restaurandi commoditas. Cùmque *Torstensohnus*, extensis in *Viennæ* viciniam populationibus, *Brinnam* *Moraviæ* civitatem *laboriosa* fatigaret *obsidione*. Tantò rectiùs *Cæsareanis* exercitûs prospiciendi & conjungendi obtigit spatium. Etenim non idem sub obsidionibus, ac præliis, *Torstensohno* respondit successus. Ut ad *Brinnam*, *tanquam scopulum*, hærens, tàm tempus rebus gerendis opportunissimum, quàm copias victrices, attereret.

Torstensohnus tentat *Brinnam*.

Adoleverant jam communis apud *Guestphaliam pacificationis tractatûs*. Cùm *Gallia* negavit progrediendum, nisi ab *Hispanis* occupatâ *Treveri* captus nuper, *Viennamque* de-

deductus *Philip. Christophorus*, *Archiepiscopus* & *Elector Trevirensis*, honestissimè dimitteretur. Instituta igitur primò per *Cæsaris* consiliarios, mox *Urbani VIII. Pont. Max.* legatum, caussæ inspectione: Cùm appareret, *Archiepiscopum* & *Electorem* indemnem esse. Non solùm à reatu absolvi, sed & in *Electoratum*, & *Episcopatûs*, honorificentissimè dimitti remittique cœpit.

Galliarum Rex dimissionem Phil. Christophori Electoris Trevirensis urget.

Hactenùs conjunctis ex pacto *Cæsarem* fatigabant *Sueci*, *Transylvanique*, viribus. Cùm *Brinnæ* sub *obsidione*, sic satis *difficili*, obhærens *Torstensohnus*, pro restaurandis exercibus, commodavit spatium. Quibus ordine præparatis, *Cæsar* par, immò superior, evasit utrisque. Etenim paulò post *Ragotzius*, præeunte cum *Cæsare* reconciliatione, arma à *Suecis* sequestravit. Hoc modo fortunæ suæ relictus *Torstensohnus*, resurgentes *Cæsaris* prospiciens vi-

Resurgentibus Cæsaris copiis, Torstensohnus obsidionem Brinnæ solvit.

vires, *Brinnæ* obſidionem, poſt multa noxæ conjuncta tædia, ilicet diſſolvit.

Fuſi nuper à *Bavaricis Gallo-Vinarienſis* exercitûs reliquiæ, accedentibus *Königsmarcii*, & *Anguiennæi*, ſuppetiis, eum in modum rursùs accreverant. Ut in *Palatinatum* facto progreſſu tantùm non laceſſerent. Non diſplicuit hæc ratio *Mercyo*. Quòd enim, promptus in prælia, hactenùs *bis terq; viciſſet*. Etiam ulteriorem animo complecti cœpit victoriam. Hæc virum fortè minimè fefellit confidentia. Accitis ſiquidè ſub *Geleeno* auxiliis, apud *Allerheimium Nordgoviæ*, cum *Anguiennæo*, *Turennæo*, & *Heßis*, denuò in *pugnam* deſcendit. Sub qua, pro more, fortiſſimè præliando tametſi generoſum exhalavit ſpiritum. *Bavarici* tamen, *Geleeno*, *Io. Werthio*, & *Reuſchenbergio*, ducibus, etiam hanc *Gallicanis*, quantumvis ferociſſimè pugnan-

Pugna apud *Allerheimium*.

Qua *Bavarici* ſuperiores.

pugnantibus, extorsêre *victoriam*. Nihilo-minùs non multò post *Anguiennaus* occupavit *Dûnckelspûlam*. Quo contrà *Hailbrunnam* promovente, *Bavarici* prædictam recuperârunt civitatem.

Eò usq; apud *Guestphaliam* cōmunis *Pacificationis* processerant *tractatûs*. Ut *Galli Sueciq;* sua proponere inciperēt *problemata*, sive postulata, *Cæsareani* & *Hispanici* responderent. Cùm *bellum Danicum* pariter specta-vit ad compositionem & exodium. *Ligariani* autem & *Hessi* per *Ubios* continuârunt certamina.

Reales *Pacis Tractatuum* apud *Guestphaliam* progressûs.

Belli *Sueco-Danici* exodium.

Eodem tempore, post verā *Ragotzÿ* segregationē, *Torstensohnus* relictâ *Moraviâ* recessit in *Bohemiam*: diversis sed citrà effectum notatu dignum tentatis oppidis. Isti enim instructę *Cæsaris* institêre copię. Pariter *Gallo-Vinarienses Hailbrunam* oppugnantes, *Bavaricis* supervenientibus, solvêre obsidionem. Hi au-

Ragotzius valedicit *Suecis*.

Bavarici instāt *Gallo-Vinariēsibus*.

autem *Wimpfenam* expugnavêre.

Non minùs, post pactas intrà *Saxoniam inducias*, *Kônigsmarcius* processit in *Silesiam*, vicariam etiam illic *Torstensohno* navaturus operam.

Iam *bellum Danicum* laborabat in fine. Iam *Cæsar* apud *Guestphaliam universalis Amnestiæ* publicabat axioma. Iamque suscepta nuper *Magdeburgi* à *Suecis* præclusio spectabat ad compositionem. Cùm ecce! novissimum, *domesticum*, *ac civile*, inter agnatos *Hessiæ Cassellanæ*, & *Darmbstatinæ*, *Principes*, *in caussa successionis Marpurgensis*, tot transactionibus antehac composita firmataque, surrexit *bellum*: *Cassellanis*, post pugnam *Allerheimensem*, noctu vi injecta *Butisbachium* occupantibus. Hac præeunte intestini belli *parasceve*, mox plenior in *Marpurgum* despumavit impetus. Undè cùm quiritans *Georgius Hessiæ Landgravius Cæsaris Imperiique*

Bellum *Hessicum*.

riique fidem imploraret. Exadverso, *Aemylia Hessiæ Cassellana Landgravia* facti sui caussas reddere non destitit.

Quibus utrinque ferventibus tàm per arma, quàm litteras, disceptationibus. *Torstensohnus* è *Bohemia* recessit *Lipsiam*, hybernandi causâ. Ejus exemplum imitati *Cæsareani* suas pariter *in hyberna* dimisêre copias. At ne sic quidem inter hostes satis tuta fides. *Cæsareani* enim *Suecicique* populatores, pro more, tàm intulêre, quàm retulêre, noxam.

Torstensohnus è Bohemia recedit versùs Lipsiam.

Saturnum fabulatur *Lucianus*, *podagrâ* tantùm non attritum, *Iovi* resignâsse imperium. Idem historicè & verè fecit *Torstensohnus*. Laudis enim, fors non æquè militiæ, satur, inprimis *arthriticis passionibus* fractus, militare imperium in *Carolum Gustavum Vrangelium* transtulit. Factum id ceu commendatione ex-

Vrangelio resignat exercitum.

cur-

currit dignum, ità recoctam olet prudentiam. Quòd enim non ignoraret, *rarum esse bellatorem: felicem, eundemq; senem.* Sub medio militiæ suæ, singulari cum laude obitæ, cursu, maluit *manum* (quod de *Pictoribus* abiit in *Proverbium*) *de tabula tollere.* Nomenque felicis militiæ ducis intactum proferre. Quàm *alteram* experiri *fortunam.* Famamque alicubi (quod quidem in bello facile sit) detererе.

Paulò post, fidem sub hybernis non satis fuisse tutam, sequens comprobavit eventus. *Sueci* enim intempesta licet hyeme ad *Salam* movebant. Idem imitati *Cæsareani* promotis castris *Egram* petiêre, cum *Bavaricis Superiorem* custodituri *Palatinatum.* Qui adhûc dum apud *Meynungenã* in *Gallo-Vinarienses* animadvertebant. At *Sueci* novas, super *armistitio*, cum *Saxoniæ Electore* deduxêre rationes. Cujusmodi deinceps spectârunt

Armistitiũ *Saxonicũ.*

runt ad effectum. Etenim *Saxonico* è *Magdeburgo* deducto prȩsidio, *armistitii* processit elongatio.

Par apud *Guestphaliam*, super *Pacificationis tractatibus*, legatorum sedulitas. Iam enim *Gallicana Suecicaq;* *compensationis* ventilabantur canones: *Imperii Ordinum Gravaminibus* pari passu sub inspectionē venientibus. Hoc tempore *Cæsar* ad *Guestphaliam* illam communis *Pacificationis Academiam*, inter cæteros legatos, *Trautmansdorffium Comitem* dimiserat, consiliarium intimum & aulæ *Cæsareæ* præfectum. Hic pro ea, qua *commendata & singulari in rebus agendis* præpolluit *industria*, conceptissimis verbis palàm profiteri & contestari cœpit. Illam intercedere mitissimi *Cæsaris*, pro pacis reductione, sinceram integerrimamque voluntatem. Ut citiùs partem aliquã tametsi carissimam devovère atque impendere, quàm

Canon Cō*pensationis Gallo-Suecica*, & *Imperii Gravamina*, ventilãtur.

Commendata legati *Cæsarei, Comitis Trautmansdorffii*, industria & comitas.

Aurea S. *Cæs. Maj. Ferdinandi III. Imp.*, pro communis *Pacis* restauratione, declaratio.

quàm commendata pacis bonitate diutius fraudari velit. Quæ quidem *verbis aureis*, & benevolentiæ captandæ plenissimis, ubi præfatus esset. Non aliter, *Cæsaris* nomine, fecit, ac dixerat. Nimirùm totus in eo fuit. Quò mentes, tàm humanitate, quâm satisfactione, lenitas, à simultate revocaret ad conciliationem & amicitiam. Scabitudinemq; deleret absque cicatrice.

Buchemius Austriam Moraviãque purgat *à Suecis.*

Hac dùm foris, super pacis restauratione, laboratur diligentia. Domi peculiarem *Cæsar*, sub *Buchheimio*, instruxit exercitum. Qui patrias intrà *Austriam Moraviamque* civitates & fortalitia, *à Suecis* infessa, recuperaret, totasque regiones ab hostium reliquiis purgaret. Eadem super *Turcos*, per *Ungariam* & *Carynthiam* tumultuantes, injecta contemplatio.

Secundùm *compensationis*, sive *satisfactionis*, prout vocant, canones, pro-

Proxima fuit in *comitiis Guestphalicis* super *Gravaminibus* quæstio. Horum tàm *Ecclesiasticorum*, quàm *Politicorum*, ingentem *Protestantes* duxêre funiculum. Quibus *suavi cum dexteritate* obviàm ivit *Trautmansdorffius*. Ut non saltèm *canon compensationis* quà *Gallos*, quà *Suecos*, ventilaretur. Verùm etiam *Bonorum Ecclesiasticorum*, hactenùs sub lite versantium, *possessio* in *seculum* extenderetur. Quibus de rebus pactis & conventis proximè scriberentur *Instrumenta*, sive tabulæ. Hæc inter *pacis secutura* rudimenta, & *themata*, nondùm desierat belli flagrantis ardor. *Vrangelius* quippe, relictâ pro tempore *Misniâ*, processit in *Hessiam*. Postque *Hüxtariam* & *Padebornam* sub legem *Hessicam* vocatas, etiam *Stadbergam*, diu obluctantem & molestam, expugnavit. Hæc magna contentione illic exequentem *Cæsareana* insequi cœpêre copiæ,

Gravamina Ecclesiastica & *Politica* examinantur.

Bonorum Ecclesiasticorum possessio in seculum extenditur.

Vrangelius expugnat *Stadbergã*.

Cæsareo-Bavarica intrant Wetteraviam copiæ.

piæ, *Visurgim* versùs è *Bohemia* tendentes. Quibus alia parte, propter *Mœnum Rhenumque*, *Bavarica* in *Wetteraviam* processêre legiones. Paulò minor per *Silesiam*, inter *Montecuculium*, & *Wittebergium*, illum *Cæsaris*, hunc *Sueciæ Reginæ*, strategum, continnata dimicatio. Interim non totum *Bavariæ Elector* dimiserat exercitum. Sed justas intrà patriam, sub *Reuschenbergio Sporckioque*, retinuit vires. Quibus *Gallo Vinariensibus*, si quid accidat, resisteret.

Darmbstatini recuperant Butisbachiũ.

Antequàm diversarum copiarum ingens infelicẽ *Wetteraviam* inundaret *cataclysmus*. *Ebersteinius* legionum *Hisso Darmbstatinarum* ductor, productis è *Gissono* fortalitio tàm catervis, quàm tormentis, *Butisbachiũ Cassellanis* eripuit. Quo facto, deinceps tàm *Inferiore* ex *Hessia* producẽtibus *Vrangelio*, *Kõnigsmarcio*, itemq; *Turennæo*, ab una, ab altera verò parte ingruentibus *Archiducis*, sub *Piccolhomi-*

hominao, *Geleeno*, & *Io. Werthio*, copiis, tantũ militaris turbæ confluxit dictã per *Wetteraviã diluviũ*. Cujusmodi vix ullis anteà hoc sub tractu cognitũ seculis. E quib⁹ ubi *Cæsareani* primò lacesserent *Suecos*, hi manus à pugna subtrahere, quã perclitari, maluêre. Donec exercitûs *Gallicani* sub *Turennao* aucti accessione, tùm ex transverso lacessere, *Mœnum* traijcere, adeoque versùs *Bavariam* eniti, cursuque prævenire, cœpêre.

Delectârat modò Cæsarẽ *Crembsii Austriæ* civitatis per *Buchheimium* recuperatio. Sed hoc qualecunque gaudium importunus *Mariæ Imperatricis*, & quidem *puerpera*, turbavit *excessus*. *Gravissimus* hic *luctus* eò majorem *Cæsari* impressit doloré. Quò insperatior accidit, fuitque concitatior. Neque ulla facilè, quæ tànt ardens mitigaret desiderium, inventa medicina. Usq; dùm, *Ferdinando. IV.* filio in *Bohemiæ Regem* apud *Pragam*

Inopinatus & tristis *S. Cæs. Maj. Mariæ Imperatricis* excessus.

Ferdinandi IV. in Bohemia Regem inauguratio.

solennissimè inaugurato, *Cæsar* animum, intensissimi luctûs plenum, paulisper dolore subducto, revocavit ad hilaritatem.

Gallo-Sueci denuò prorumpunt in Bavariam.

Iam tùm apud *Guestphaliam*, super *Gallorum Suecorumque compensatione*, videbatur transactum. Iamque ad *Protestantium Gravamina* respondere cœperant *Cæsareani*. Cùm *Archiduce* suppetias *Colonienses* apud *saltûs Limpurgicos* attrahente, *Vrangelius Turennausque* curriculo anticipantes, saltèm non *Hailbrunnam* oppugnavêre. Sed etiam, *Donaverthâ* interceptâ superatoque *Danubio*, in *anteriorem* legiones infudêre *Bavariam*. Proindè, ut *Archidux* acceleraret adventum, non modò opus, sed necesse, fuit. Qui magnis itineribus profectus per *Superiorem Palatinatum* versùs *Ingolstadium* & *Ratisponam promovit*. *At jam tùm Rhaynam Bavariæ* fortalitium expugnârant *Sueci*. Quo aucti successu, socie-

Archiduce cum copiis superveniente, Augusta liberatur ab obsidione.

sociata *Gallorum* ope, *Augustam Vindelicorum* à *Bavaricis* strenuè propugnatam, sub justa acerrimâque obsidione, impetiêre. At malè respondit eventus. Superveniens enim confertissimis cum copiis *Archidux* hostibus recedendi imposuit necessitatem. Sic rejecti *Sueci* primùm *Landisbergam* occupârunt. Mox, è *Bavariâ* pedem retrahendo, in partes *Lacûs Podamici* afscenderunt. Ibique *Kemptenam*, *Ravenspergam*, *Bregantium*, & *Feldkirchenam*, subjugârunt.

Gallo-Sueci, excedẽtes *Bavariâ*, in partes *Lacûs Podamici* afscendũt.

Secundùm has cardinales primariarum utrinque copiarum actiones, secundarius ille per *Silesiam Cæsaris* sub *Montecuculio* exercitus modò *Franckensteinam* arcem, & id genus loca, *Suecis* extorsit. Modò à *Wittebergio*, viribus aucto, *Palckheimium* occupante, impediri cœpit. Rectior per *Austriam* successus *Buchheimii*. Etenim illic *Corneo-*

Res *Silesica*.

burgum, aliaq; oppida, feliciter recuperavit. Istis *Cæsar* militis *Suecici* liberatus molestiis, *pacificationis* nuper cum *Ragotzio* initæ *canones* deduxit ad effectum. Dùm nempè, indictis per *Ungariam Regni* comitiis, *parochias*, *Protestantibus* ereptas, reddere jussit. Inque *Ferdinandi IV.* filij, pro *Ungaria Rege*, *inaugurationem* incubuit.

Purgata quidem videbatur à maximarũ copiarũ inundatione *Wetteravia*. Sed nondùm *domesticum Hessiæ* finitimę deflagraverat *bellũ*. Etenim *Hesso-Darmbstatinos* secunda aliquousq; respexit fortuna. Ut, post *Kirchhayna* vindicationem, simulatque *Geysium* cum catervis *Cassellanis* funderẽt. Eâdemq; felicitate *Rauschebergã* & *Blanckensteinam*, *arces*, subjugarent. At hęc ideoq; blãdiri visa fortuna, mox ut deciperet. Quippe *Geysius* restauratis viribus saltèm nõ *Alsfeldiã* expressit *Darmbstatinis*. Verùm mox

Darmbstatini fundũt *Cassellanos.*

mox ipſum *Eberſteinium*, populationibus *operam* dantem, objecta penes *Francobergam* pugnæ neceſſitate, fudit profligavitq́; Undê, intercedente *Guilielmo Saxoniæ Duce*, res ſpectare cœpit ad compoſitionem: *Darmbſtatinis* nihilo-minùs vires ac ſubſidia nova, ſub legionum interpolatione, reficientibus. Et mox *Caſſellani Darmbſtatinos.*

Gallo-Suecicis ex *anteriori Bavaria* in partes *Lacûs Podamici* progredientibus, *Maximilianus Elector*, relicto poſt caput *Waſſerburgo* fortalitio, *Monachium* cũ aula ſua rediit. Cùmque paulò antè, non obſtantibus communis illius *Pacificationis* apud *Gueſtphaliã comitiis, particulares Armiſtitii* inter *Cæſareo Bavaricos* & *Gallo-Suecicos* conciliandi, proponi cœpiſſent *tractatûs*. Tùm demùm, ubi *Sueci* oppugnarent *Lindaviam*, miſſis utrinq; legatis, apud *Ulmam* coiêre partes. Undè res eò rediit, Ut, *Cæſareanis* manum ſubducentibus, *Ba-* Armiſtitiũ *Bavaricũ.*

varici certis sub clausulis *Armistitii* legem, secum *Archiepiscopo* & *Electori Coloniensi* communem, admitterent: publicatis deinceps per castra & diplomata utrinque *induciis*. Hanc rem ne sinistram in partem *Cæsar* interpretaretur, *Elector* tàm per legatos, quàm *Apologeticum*, caussam suam tueri non neglexit.

Cæsaris Edictum Avocatorium.

At *Cæsari* ne sic quidem videbatur satisfactum. Ut per *mandata* iret contrà. Copiasque *Bavaricas* avocaret. Neque deerant *Cæsareanæ* militiæ partibus *Ioan. Werthius*, & *Sporckius*, duo *Martis Bavarici* fulmina, universum, si licuisset, alienaturi exercitum. At obstitit *Maximiliani Electoris* vigilantia. Qui modò non ad agnati *Cæsaris* obiectiones cordatè rescripsit. Sed etiam, conservato proprio exercitu, duos id genus stratagos, à se hac in caussâ secessionem facientes, proscripsit.

In-

Inter hæc, *Gallo-Sueci Lindaviam*, amplam & munitam *Lacûs Podamici* civitatem, contentissimè oppugnârunt. Quòd autem sexus imbellis, cœtûsque infantiles, pro firmiori defensione, in vicinam amandari cœpissent *Helvetiam*. Tùm *Helvetici fœderis Proceres* sua interesse putarent: ne *Sueci* finitimum subjugarent fortalitium. Illincque ardentes belli in communem patriam suam conijcerent faces. Primò per epistolas & legatos *Vrangelium Turennaumque* dehortari. Mox, conclassationibus & copiis coactis validissimis, finium defensionem suscipere, non intermisêre: *Austria* illa *Tyrolensi*, ex lege *fœderis*, hoc institutum etiam atque etiam impendiò urgente. Ità factum, ut *Gallo-Sueci*, nova veriti tropica, civitatem relinquerent inexpugnatam. Pedemque è *Lacûs Podamici* partibus retrahendo descenderent in *Franconiam*.

Gallo-Sueci oppugnant *Lindaviam*.

At, *Helvetiorum* interpositione, solvunt obsidionē.

Receduntque in *Franconiam*.

Illicque *Schvvinfurtum Imperii* civitatem, tanquam novissimæ expeditionis sedem, expugnarent.

Ungariæ comitia.

Durabant adhuc *Ungariæ Regni comitia.* Quibus ipse *Cæsar* non modò apud *Posonium* affuit. Sed etiam, quò exulceratos *Protestantium Ordinum*, in caussa templorum subtractorum, commodè sanaret animos, integrum id genus templorum restitui jussit numerum.

Et Templorum, ad *Protestãtes* spectantiũ, restitutio.

Hæc quò firmiùs staret lex, primò in transgressores mulctam constituit. Qua parùm proficiente, in fortunas ulteriores, vitæq; usuram, severa procederet animadversio. Mitigatis ità partiũ animis, cùm reliquę *Ordinum* controversię parilem vergerent ad compositionem, *Cæsar* diem præscripsit. Quo *Ferdinandus IV.* filius *Bohemiæ Rex* porrò in *Ungariæ Regem* inauguraretur. Cujusmodi deinceps adolescente *Iunio* mense

Ferdinandi IV. in *Ungariæ Regem* inauguratio.

mense regia apud *Posonium* processit solennitas.

Præter singulares id genus penes *Sueviã Ungariãq;* tractatûs, generalia illa per *Guestphaliam* communis *pacificationis* minimè elanguêre *comitia.* Quorum sub æstu, ratione *compensationis*, inter *Suecos* & *Brandeburgios* eò summa transactionis reciderat. Ut illis tota *anterior Pomerania*, unà cum *Rugiæ* insula, *Stetino*, *Damena*, *Golnavia*, & *utraque Oderæ ripa*, nec non *Penena*, *Schvvinena*, & *Dûrna*, *portubus*, his autem *posterior Pomerania*, cum *Episcopatu Caminensi*, *portu Ioristerano*, & id genus consectariis, cederentur. Pro cujus regionis decessione, *Electori Archiepiscopatus Magdeburgius*, *Halberstadius* & *Mindensis Episcopatûs*, promissi. Hanc contrà permutationem tametsi *Ducum Brunsuicensium*, & cæterorum *Inferioris Saxoniæ Principum*, legati objectionibus experi- Tractatus *Pacis*, super canone *Compensationis*.

rentur. Nihilo-seciùs ea telis aranearum similia videri poterant argumenta, Cujusmodi liceret perrumpere. Extrà dimidium *Pomeraniæ*, porrò *Sueci* intrà *Megapolitanos* *Wismariæ dynastiam*, nec non *Bremensem Archiepiscopatum*, & *Verdensem Episcopatum*, obtinuêre. Istis ut jam tùm, præter *militiæ canonem*, videretur satisfactum. Qui quidem altiorem objecit indaginem. Par ferè in puncto *Gravaminum* expeditio. Cujusmodi quòd magnam partem decidi cœpissent, tantò rectior eorum, quæ restabant, expectabatur compositio.

Militia.

Gravaminibus.

Caussa Palatina.

In *caussâ Archipalatina* hæc emerserat determinatio. Ut penes *Friderici V.* hæredes *Palatinatus Inferior*, cum *Intuergorum* tractu, itemque *Electoratus Octavus*, essent. *Hesso-Cassellani* autem, quibus *compensatio in nummis* minùs ridebat, etiam *regionũ cessione* sibi voluêre satisfieri.

Hessorum prætensione.

Sic:

Sic rebus eò usque transactis scribebantur inter *Cæsareanos & Suecos* mutuæ *Pacificationis* syntagmata, sive *Instrumenta*. Et, postquàm *Rex Hispaniarum* transegisset cum *Batavis*. Inter *Hispanos* non minùs *Gallósque* quæsita reconciliatio. Cujusmodì tamẽ ęgrè videbatur coitura. Interim, cùm, post *Amnestiæ canonem*, ab *Anno M. DC. XXIV.* procedentem, *Ferdinando Cæsari* jure hæreditario *Bohemiæ Regnum*; cum sociis *Provinciis*, *Regi Galliarum Thulonensis, Metensis*, & *Verdunensis, Episcopatûs*, itemque *Alisatiæ* & *Brisgoviæ* pars, cum *Civitatibus* dictis *Sylvestribus*, & *Philippiburgio Nemetum*, pariter *Electori Bavariæ Palatinatus Superior* cum *Electoratu*; *Electori Saxoniæ Lusatia* cum *quatuor præfecturis Magdeburgicis*; consignarentur. Planior videbatur, pro reliquorum *problematum* ac postulatorum decisionibus, via. Instrumẽta *Pacificationis*.

Ferventibus id genus, super pacis recuperatione, deliberationib⁹, nihilominùs *Mars*, pacis inimic⁹, suas implevit partes. Et, cùm *Gallo*. *Sueci* è *Lacu Podamico* recessissent in *Franconiam*, post *Schvvinfurti* expugnationem, *Vrangelius Egræ* civitati admovit castra. *Turennao* autem præter exspectationem & ex transverso accidit. Ut, ubi copias, *Regis* ex mandato, in *Flandriā* infundere juberetur, *Aureliano Duci* illic militanti opitulaturas, *Teutonica* ac *Vinarienses* sub *Rosano* & *Fleckensteinio* strategis legiones manifestam facerent secessionem. Haud imperium *Gallicanum*, præsertim ultrà *Imperii* limites, admissuræ: priusquam sibi, ex pacto & lege, esset ordine satisfactum. Qua durante altercatione, jam tùm *Leopoldus Guilielmus Archidux*, missâ *Cæsaris* fratris militiâ, descenderat in *Belgium*: illic *Hispanicis* præfuturus provinciis. Undè major iis in parti-

Sueci oppugnant *Egram*.

Vinarienses secessionē faciunt à *Gallis*.

Archidux ad gubernationem *Belgii* descendit.

tibus, maximè secundùm *Batavorum* cum *Hispanis* pacificationem, injecta *Gallicanis* vigilantia. Ne autem *Cæsaris* copiæ, ab *Archiducis* abitu, feriarentur, in *Gallaßii* nuper defuncti locum succeßit *Melander*. Hic, *Ioan.* *Werthio* adjuvante, *Vrangelium* ab *Egra* sive obsidione, sive jam tùm facta occupatione, rejecturus, movit obviàm. Superatoque *Egra* (undè *civitati* nomen) *flumine*, primò montem occupavit. tormentis molestus. Mox, promotis castris, *Suecos* attraxit. Iisdemque, objecta *pugna* facultate, viginti præter propter signa extorsit.

Cæsaris strategus *Melander* *Suecis* molestus.

Post *Bavariam* nuper à *Gallo-Suecis* haud una parte laceratã, *Maximilianus Elector* particularẽ admiserat *Armistitii* legẽ. Id graviter tulit *Cæsar*. Cũq; hãc secessionẽ agnato *Electori* publicis verb. exprobrâsset, accedẽtib⁹ *Imperii Ordinũ* interpellationib⁹

ac

Maximilianus Bavariæ Elector, Armistitium resignat.

ac querelis, *Maximilianus* paulò post cū *Cæsare* in gratiā rediit. Expositisque hujus facti caussis, modò non adversæ parti *Armistitii canonem* obnunciavit. Sed etiam copias cum *Cæsare*, more veteri, conjunxit. Idem fecit *Ferdinandus Bavarus Elector Coloniensis* frater. Qui, ejusdem *Armistitii*, sibi cum *Maximiliano Electore* communis, violationem caussatus, *Hessis Suecisque* pari opera nuncium remisit. Id præter exspectationem accidit *Gallo-Suecis*. Qui posteaquàm tàm litteris, quàm armis, obniterentur. Iamque anteà *Egram Cæsareanis* eripuissent. Diutiùs ea parte reunitis *Bavari* cum *Cæsare* copiis resistere vix potentes, ad *Visurgim* rejecti sunt. Tentârant quidem *Egræ* recuperationem *Cæsareani*, sed citrà effectum. Undè, in *Hessiam Inferiorem* progressi, cùm *Vrangelius* in partibus *Visurgis* lateret, *Marpurgum* civitatem, *Academiâ*

Copiasque cum *Cæsare* conjungit.

Suecis ad *Visurgim* rejectis, *Cæsareani* occupant *Marpurgū.*

ce-

celebrem, expugnârunt. At restitit *Arx*, *promontorii* in modum civitati superimpendens. Hæc mora *Vrangelio* copias restaurandi occasionem commodavit. Quâ opportunè captatâ, denuò in superiores *Imperii* partes, & quidem contrà *Bavariam*, reduxit. Quam, supervenientibus in itinere auxiliis *Gallicanis*, tantò contentiùs impetere præsumpsit.

Hæc res *Cæsareanis* potissimùm perturbavit *hybernationes*. Undè, missa interruptaque quiete, hostibus institêre. Iam antè, post meliores sub *Armistitio* ferias, *Memmingam* expugnârant *Bavarici*: diversis illic subjugatis locis, etiam *Nordlingam* hostibus erepturi. At concitata *Gallo-Suecorum* contrà *Bavariam* expeditio institutum evertit. Ut, sequestratis super alieno progressibus, patriam & propria defensuri, ad *Lyci*, *Isaræ*, *Œnique*, partes incu- *Sueci repetunt Bavariam.*

cubare juberentur. Sic, vbi *Cæsaris* copias in vicinia pro tempore segregâsset *Melander*, notata sibi hac occasione *Sueci*, post varia velitationum tentamina, susceptis in *Cæsaris* exercitum assultibus, *Melandrum*, quantumvis fortiter resistentem, oppressêre. Ità malè diuturna illius apud *Cæsaris* copias cum impetu detonuit fortuna. Qui, cùm paulò ante sub infelici *Marpurgensis* civitatis occupatione *plagam* excepisset, perfunctoriè vulneratus. Iam veris & lethalibus confectus *vulneribus*, ad necem deduci cœpit.

Et *Melandrum* opprimunt.

Novissimus hic *Kônigsmarcii* audaciam auxit successus. Utq; super *Pragam* oculos conjiceret, majorem prębuit ansam. Iterata, & grandior fortuna fuit in partib⁹. Ubi enim itineris dux, quidā nuper *Cæsareanæ* militię *centurio* & miles veteran⁹, aditū mōstrasset, noctu *Arx Pragēsis*, quinta videl. regię urbis pars, assultib⁹ feli-

lici-

liciter tẽtata, *Suecorũ* devenit in poteſtatẽ. Quãquã autẽ *Coloredoni⁹ Comes*, ſumm⁹ urbis militię́q; *Bohemicæ* prę́fect⁹, tenebrarũ beneficio in ſocias *Pragæ* civitates evaſiſſet, acriorẽ illic ſuſceptur⁹ defẽſionẽ. Prohibere tamẽ minimè valuit. Quin tot *aulæ regiæ Principes, Comites, & Dynaſtæ*, unà cũ *theſauro*, & *armamentario*, regio, nec nõ *arculis* auro ſignato plenis, & ad *Regni Proceres* ſpectãtib⁹, in manûs & direptionẽ hoſtiũ caderẽt

Aulamque Pragenſem intercipiunt.

Sed conſtanter, ſub *Coloredonii* defenſione, *Urbs Regia* reſtitit.

Iſta, tametſi *extemporalis*, tanti momenti videri potuit *victoria*. Ut, ſi eodem impetu univerſa ſubjugari potuiſſet *Praga*, facilè *Cæſar* ſuper tota rerum ſumma cœpiſſet periclitari Fruſtrà ſiquidem tanta ſub felicitate, aliquis pacem *Suecis* inculcâſſet, ſuprà vota fortunatis. At reſtitit iſthîc, *termini in modum, advenarum fortuna*. Ut, cùm antè hos *triginta annos* intrà *Pragam fatale* naſci cœpiſſet *bellum*. Iam, *facili* velut *revolutione*

Tanquam hîc principiũ & terminus eſſet diuturni *Belli*.

tione facta, illic, ubi initiò pernicio-sis *Christiani* nominis orbis ardere cœperat motibus; *tanquam in fonte suo*, œcumenici *belli* incendia, *pace* divinitùs interveniente, tandem ex-tinguerentur.

Mox enim *Aurea* redit *Pax*.

Iam tùm enim ea erat *Comitiorum Guestphalicorum*, super restauranda *Imperii* quiete, ratio. Ut, post plenam *Galliæ Suecisque* indultam *satisfactionem*, modò non *regionibus*, sub alienos titulos missis, sed copioso non minùs multoque *auro*, *Germaniæ* pax redimeretur. Quæ quidem vero illo & proprio jam nobis *aurea* nuncupari amat *epitheto*. Eò, quòd *auro*, massâ illâ omnes veterum picturas pulcritudine sua longè superante, *novo more*, comparari debuit.

Sic, inter varias partium, apud *Bavariam*, nec minùs per *Silesiam*, itemque tractûs *Rheni* & *Visurgis*, belligerantium digladiationes, inpri-

primis generosa intercedente *Coloredonii* penes *Pragam* quadruplicem propugnatione, cœlestibus non sine beneficiis, *universales* coiêre *induciæ*. Cujusmodi partibus, *tanquam gladiatoribus*, interjectâ veluti *virgâ*, præscripsêre missionem & quietem. Usque dùm, permutatis ordine definitæ & scriptæ *Pacificationis Instrumentis*, desideratissima reductæ *Pacis* bonitas modò non per *Castra*, sed universas *Imperii* civitates, ineffabili mortalium cum exultatione, solenniter publicari cœpit. Quæ ut commendata ac sancta solidiùs ferruminaretur *Transactio*. Simulatque copiæ ordine dimitterentur. Iuxtaque certæ regiones & fortalitia mutuò restituerentur. Utique operosi porrò inter partes apud *Noribergam*, & *Francofurtum*, *Appendicis* loco suscepti, *Tractatûs*, sub festivis omnis generis *Congratulationibus*, *Ap-*

Quam utique *universales* præcedunt *Induciæ*.

Instrumentorum Pacis permutatio.

Solennes *Congratulationes*.

plausi-

plausibus, *Epulis*, & *Spectaculis*, sumptuosissimis apparatissimisque, optatã & felicem imposuêre clausulam. Quibus de omnibus amplior sub *Tertio* nostro *Rerum Germanicarum Volumine*, dabitur excurrendi materia & occasio. Hic enim, prout præmissum est, *Compendiariam*, illic *Exegeticum*, scribimus.

Et *Transactionis* consummatio.

Ecce! post *fatale*, diuturnum, multiplex, diffusum, intricatum, & *TRIGINTA ANNORUM*, BELLUM, paulùm immutato *versiculo* illo *Virgiliano*, hac tempestate

Tantæ molis erat GERMANAM
condere PACEM!

Quod

Quod supereſt,

FERDINANDE REX Splendidiſſime,

ad S. Reg. *Tuam Majeſtatem*, à qua *ordiri* cœperat, hic meus revertatur ſermo. Breviſſimis autem, quoad fieri potuit, lineis tàm glorioſiſſimorum *Auſtriaci* nominis *Imperatorum*, majorum tuorum, *pietatem*, *fortitudinem*, *ſplendorem*, *clementiam*, *benignitatem*, *virtuteſque* cæteras, & *merita* omni ævo ſtupenda & maxima, quàm *S. Cæſ. Majeſtatis* Invictiſſimi nempè *Domini parentis* Ferdinãdi *III.*, ſanctiſſimi *Avi Ferdinandi II.*, & auguſtiſſimi *agnati Matthiæ*, *Imperatorum*, difficili, diuturno, multis cum *Regibus* nationibuſque implicito, & *ultrà trigintà annos* excurrente, *bello*, detentorum, inuſitatas *laudes*, *victorias* inclytas, divina *beneficia*, & triregia *elogia*, repræſentâſſe mihi videor. Dùm & gloriæ *Auſtriacæ* auguſtiſſimæ,

Epilogus, & converſio, ad *R. Reg. Maj. Ferdinandum. IV.*

Imperatorũ Auſtriacorum virtutes, merita, laudes, ſub epitome.

mæ, & *belli* nuper *Germanici* (cujus aliâs, tribus ſub *Voluminibus*, prolixam deduxi ſeriem) citrà dubium & maximi & graviſſimi, *compendiariam* exhibere, conatus ſum. Quo in oculos omnium incurrente tot *laborū*, tot *ſumptuum*, tot *exercituum*, tot *vigiliarum*, tot *victoriarum*, tot *conventuum tractatuumq̃*, conſpectu, facilimum ſit divinorum & ſacratiſſimorum illorum *Cæſarum* æſtimare ac deponderare beneficia, & merita, nullo ſeculo intermoritura. Quæ quidem tanta, ac tàm auguſta, ſunt. Ut tot magnorum ſanctorumque *Imperatorum* res, *pace* & *bello* magnificentiſsimè geſtæ, non quidem privatæ conditionis autorem, ſed ipſummet *Imperatorem*, requirant. Si enim, prædicante *Spartiano*, olim *Gordianus Imperator triginta libris* complecti cœpit *Antoniniadem*. Sive *Xenophonte*, ſive *Iulio Cæſare*, inquam, opus ſit.

Hæc omnia quò dignè deſcribantur, ipſum requirunt *Imperatorem*.

sit. Qui quidem haud trigintà, sed *sexcentis*, *libris* augustam operosissimamq; deducat *Austriadem*. Quo in rerum splendidissimarum genere quàm tenuis & exigua hæc mea excurrat opella, submisissimè & lubēs agnosco deprecorque. Ut, si *Livio*, standum sit, vix ne quidem *Ciceronem* dignè laudare possim. Cujus elogiis non alium, nisi ipsum *Ciceronem*, sufficere ille prodidit. Tantùm abest, ut equidem, non *Cicero*, tot augustissimos triregii illius *Austriaci* sanguinis *Imperatores*, pro meritorum, cuiusmodi humanum ferè excedunt captum, magnitudine, deprædicare sustineam.

Gordianus Imp. scripsit *Antonimedem.*

Præter *Cajum Cæsarem*, qui *Cæsaris*, id est, res proprias, in commentarios retulit, de *Augusto Imperatore* apud *Suetonium* & *Macrobium* extat: hunc *Ajacem* scribere cœpisse. Si

Augustus Imp. Ajacem.

 nunc

nunc non minùs augustissimus, quàm eloquentissimus, *Imperator* saltèm *Ajacis*, non *Achillis*, laudes tentavit. Quid mihi fiet, qui, longè suprà & *Ajacem*, & *Achillem*, tot *Austriaci* sanguinis numina, tot *Imperatores* maximos, stylo aggredi præsumpsissem? Qua dùm versor sub antiquitatis comparatione, quis negabit, *Rodolphum* ejus nominis *Primũ*, *Imperatorem Austriacum*, non saltèm cum *Alexandro Magno*, (prout prævisum) & *Achille*, sed cum ipso gentilium *Iove*, conferri posse? Prout enim *Iupiter*, ex *Poëtarum* traditione, tribus in unam coactis noctibus, *Alcumenæ* operam dans, *Herculem* genuit. Sic *Rodolphus Imp.* ille, non quidem trinoctium, sed totam ætatem, DEO & veræ *Pietati* consecrans, tot *Austriaca* Familiæ prosemĩnavit *Ioves*, *Martes*, *Hercules*. Ut, quem inmodum *Iupiter* dicitur *Musarum pater*, *Hercules Musagetes*. Ità nulli ferè ma-

Rodolphi. I. Imp. cum *Iove* gentili cõparatio.

gis

gis *Reges*, præ *Austriacis*, in bellis *Hercules*, in studiis liberalibus *Ioves*, & *Musagetas*, repræsentâsse videantur.

Trojam tàm diu inexpugnabilem prædixerat *Pyrrhus* ex *Heleno* vate, *Priami* filio. Quoad *Paladium* intrà mœnia salvum esset. Profectò, inquam, eò usque invicti futuri sunt *Imperatores Austriaci*. Quàm diu *pietatem* tuebuntur, verum & solidum *Austriæ* illud *Palladium*. Olim, *Iovis* exemplo, *Magnates* vocati *Patres, Reges, Imperatores, Indigetes*. Hęc *Austriacis* conveniunt omnia. Olim *Imperatores* dicti *Monarchæ*, & *Pontifices Maximi*. Etiam hæc *Austriacis* competit nomenclatura. Potentiâ enim, per *Europam, Indias, Americamq;* latissimè extensâ, *Monarchas*, sanctitate *Pontifices*, referunt. Olim *Dictator* nunquam abusus legitur nocendi potestate. Etiam hic color aptus, imò proprius, est *Austriacis*. Nunquam enim comperti sunt sive mo-

Pietas *Austriacorum Imperatorũ* Palladiũ.

Iidem *Monarchæ*, *Pontifices*, *Dictatores*, laudatissimi.

narchicam, sive dictatoriam, potestatem mutâsse in tyrannidem. Olim *Romulus* ab hasta, vel lancea, dictus *Quirinus*: *Numa* à religione *pius*. Utraq; hæc suo modò *Austriacis* congruit notatio. Inter cæteros enim vel *Carolus V. Imperator*, dùm PLUS ULTRA tendit, aliumq; terrarum orbem, nimir. *Africam*, subjugat, *Romulum* fortitudine, & potentiâ, longè superavit. Dùm *Imperij* sublimitatem sponte fratri *Ferdinando* cedit, melior certè fuit isto, qui *Remum* fratrem, ob *Regni* societatem, necavit. Dùm verò viginti & octo *Regna*, unà cum tot *Ducatibus*, *pietatis* votiq; caussâ, *Philippo* filio confert, veræ religionis studio ac cultu *Numam* plurimis parasangis, quod dicitur, antecessit. Olim *Numa* primus *Fidei templum* posuit. Quid de *Austriacis Imperatoribus* dicendum maximè? Hi, inquam, saltèm non *Fidei* & *Integritati templa*

Carolus V. Imp. melior *Romulo*:

Sanctior *Numa*,

de-

dedicant. Sed ipsimet suo in pectore, tanquam sub *templo*, & sacrario interiori, *fidem* custodiunt. Quis enim nescit, illam, verè divinam, prçfati *Caroli V. Imperatoris*, sub publicis *Imperii comitiis*, fuisse vocem? Si nempè toto terrarum orbe recta *fides* exulet, nec inventu sit facilis. Hanc utique vel unius intrà *Imperatoris* præcordia, velut ædiculam, sive sacellum, aut scrinium, venire custodiendam. Olim *Ianus* pingebatur *bifrons*, id est, duas habens facies. Eò, quòd in *bellum* ituris necessaria & utilis est de *Pace* cogitatio. Hoc exactissimè implevit his nostris temporibus *Ferdinandus III. Imperator*. Cùm enim in bellum *Suecicum*, & contrà *Ratisponam*, tùm ab hostibus infessam, amplissimis proficisceretur cum copiis, ad *Ioan. Georgium Saxoniæ Electorem* eâdem operâ legatos dimisit, super *Pace* verba facturos. Olim, devictis *Cimbris*, C.

Fidei Austriaca Templum.

S. Cæs. Maj. Ferdinandi III. Imp. cum *Iano* comparatio.

Marius templum Honori & *Virtuti* cõ-ſecravit. Id genus tẽpla, à quadringentis annis, *Auſtriaci* toties, relatis tot victoriis magnificentiſſimis, poſuêre *Imperatores*.

Quæ dùm paulò altiùs ad animum admitto, quis, inquam,

Auguſtiſſime CÆSAR,

FERDINANDE TERTIE,

Sacratiſſ. Majeſt. *Tua* illis *Virtutibus*, illis *Honoribus*, illis *Victoriis*, ſat operoſum dedicabit *tẽplum?* Quippe Tu, alter *Atlas*, *Imperium* caſui vicinum ſuſtentâſti. Tu *Gigantomachiam Fridlandi*, velut *Enceladi* ac *Cyclopis* noviſſimi, tanquam *Iupiter*, fulmine deturbaſti. Tu cętera monſtra, tanquam *Hercules*, domuiſti. Tu hoſtes tot potentiſſimos, tot *Reges* fortiſſimos, partim viciſti, partim conciliâſti. Tu non unum ſive *civile* ſive propemodùm *ſervile*, ac ſubditorum, *bellum* non minori induſtria, quàm animoſitate, conſopiiſti. Tu de-

Ejuſdem *Res* tàm *Bello*, quã *Pace*, *geſta*, & *Merita* ſplendidiſſima.

denique cœli illud depositum, & divinum beneficium, *Pacem*, inquam, *bonum vel gentilium testimonio multis triumphis anteferendum*, secundùm DEUM, fessis *Imperii* rebus, *Ecclesiæ, patriæ, Reipubl., Regnis, Principibus, provinciis, subditisq́;* restituisti. Ut, quò regionibus vastatis & exhaustis succurreres, vel propriæ & nobilissimæ regionis, videlicet *Alsatiæ Austriacæ*, partem impenderes.

Mirabar equidem, cur *Sacr. Cæsar. Majest. Tuæ* FERDINANDI TERTII obtigisset nomeclatura, Scilicet hoc illud erat. Ut cùm DIVUS *Mathias primus*, & DIVUS *Ferdinandus Secundus*, inviti bellum, initiò *Bohemicum*, mox *Germanicum*, & tantùm non universale, sive œcumenicum, gererent, extenderent, minùsque, injuria temporum prohibiti, componerent. Tu, inquam, FERDINANDUS IMPERATOR, & ordine & nomine TERTIUS accederes. Qui,

Perfectio sub nomenclatura *Tertii*.

DEI beneficio, hanc hydrã opprimeres, hanc lernam conficeres, hanc peſtem fugares. *Pacemq́*, cæleſte illud munus, poſt univerſale nuper bellum, & tumultum, (quo nulla fortè à *Pompeij Magni*, & *Iul. Cæſaris*, digladiationibus major & intricatior *Imperium* exercuit tempeſtas)*proprij* & quidẽ cariſſimi illius *patrimonij* impensâ, reſtitueres. Ità, prout aliâs veteri *adagio* omnis *ternarius* perhibetur eſſe *perfectus*. Etiã hoc in rerum bello & armis geſtarum genere commendata ad Te TERTIUM myſterio ceu quodam referenda veniat communis & recuperatæ *Pacis* bonitas. *Decii* gentiles, *pater* & *filius*, devotione & morte ſua, *Romanis* ſemivictis aciem nutantem reſtituêre. Tu,

Imperator melior *Deciis Bellorũ* propulſator, *Pacis* reſtaurator.

IMPERATOR Glorioſiſſime, rectiùs ſub vita tua, quàm exceſſu, *Pacem* nobis reddidiſti. Quò ejuſce commendatæ bonitatis, cujus ſecun-

cundùm *DEUM* primarius es autor, saltèm non fructum ipse perciperes. Sed etiam humilimas gratulationes nostras, devotissimas gratias, solennissimasq; laudes & Epinicia, vivus ac præsens agnosceres. Sic, dùm *Ratisponam* magnificentissimè expugnâsti. Apud *Nördlingam* gloriosissimè vicisti. Per latus *Leopoldi Guilielmi Archiducis* fratris *Imperium* armis generosissimè propugnâsti. Apud *Guesiphaliam* mitissimè pacâsti. Quæ tàm operosis *virtutibus*, tàm gloriosis ponderosisq; *meritis*, paria excitabimus *templa?* An igitur *Honoribus* illis tuis, *Laudibus* tuis, *Rebus* præclarissimè *gestis* tuis, more veteri, dedicabimus *Statuas*, *Templa*, *Dies festos*, *Supplicationes*, & id genus?

Dignior *Statuis* *Templis*, *Obeliscus*:

Quæ cùm sic quidem comparatá sint,

Serenissime REX

FERDINANDE QUARTE!

Ut

Ut gloriosissimis illis reverendiss. *Domini Cæsaris Parentis, Avi,* & *Proavorum, Austriaci* nominis *Imperatorum,* rebus *Pace* & *Bello* gestis, meritis, laudibusq;, nulla satis augusta *Fana, Trophæa, Obelisci,* ac *Statuæ,* dedicari ament. Sed potiùs *Fastis & Annalibus* ad omnem æternitatem hæc sacra extendi conservariq; debeat memoria. Ecce! *Regia Tua Majest.*, à tot sacratissimis maximisque *Monarchis* & *Cæsaribus* oriundæ,

Qui lacte relicto

Et nutrice, puer virtutem à matre bibisti:

augustos ROMANORUM REGIS titulos, honores, fasces, & sceptra, mox *ab Eminētissimis* & *Serenissimis Imperii Electoribus,* solennissimis cum ceremoniis, & totius *Christiani* orbis festivis applausibus, conferenda, devotissimis religiosæ reverētiæ studiis cōgratulor. Eminùsq;, Iô VIVAT, VINCAT, ac TRIUMPHET, immò seculū VIVAT FERDINAN-

S. Reg. Maj. Ferdinando. IV. utiq; futuro ROMANORUM REGI, præludii & boni ominis ergò, Autor devotissimè applaudit.

NANDUS QUARTUS, futurus uti-que ROMANORUM REX! lætabunda ac magna voce acclamo.

Non novum hodieque, sed olim usitatum erat. Ut *Imperatores* ex *filiis*, sive *nepotibus*, sive *consanguineis*, unū atque alterum præclara indole pollentem crearent successores. Ad quos, si quid sibi accidisset, spectaret *Imperii* majestas. Et hi tùm quidem *Principes Iuventutis*, *Cæsares*, immò *nobilissimi Cæsares*, vocabantur. Sic à *Claudio Imp.* dictus *Nero Iuventutis Princeps*. Sic ab *Hadriano Imp.* adoptatus *Aelius Verus Cæsar* appellari cœpit. Pariter *Diocletianus Imp.* *Maximianum* & *Constantium* nominavit *Cæsares*, utique augustæ majestatis hæredes. Quid, inquam, de *Vespasiano*, & *Tito*, Patre & filio, *Imperatoribus* loquar? Hi magnificentissimum super *Iudæis* agentes triumphum *Romam* intrârunt. Illud usque adeò pulcrum, & anteà mortalibus in-

Immò verò S. Cæs. Majest. Ferdinando. III. Imperatori Parenti, Et

incognitum, *Paul. Diaconus*, prædicavit spectaculum. Ut, inter *trecentos* & *viginti triumphos*, nullus hoc fuerit illustrior. Cùm eodem *curru triumphali Pater* & *Filius*, communibus super hostibus, *gloriosissimam* concelebrarent *victoriam*. Hoc hoc, inquam, non semel, sed terque quaterque, id est sæpiùs, *Ferdinando III.* & *Ferdinando IV.*, *Patri* & *Filio*, *Imperatoribus*, & Dominis nostris, feliciter eveniat. Ut uno eodemque *triumphali curru*, iisdem *candidissimis quadrigis*, super communibus *Christiani* nominis hostibus, nempè *Turcis Scythisque*, augustissimos ducant multiplicentque *triumphos*.

Et S. Reg. *Maj. Ferdinãdo IV. Filio*, ad imitationẽ *Vespasiani*, & *Titi*, *Imperatorum*-*Patris* & *Filij*, magnificentissimos vovet *TRIUMPHOS*.

Gloriatur alicubi *Consul Romanus*, eloquii magister *Tullius*. Se ab ingrata urbe (quam antè contrà *Catilinæ*, *Cethegi*, *Lentuli*, & complicum, furores servaverat) in exilium ejecto, frugum *inopiam*, *famem*, *vastitatem*, *cædes*, *incendia*, & id genus *scelera*, evenisse

nisse. Ex adverso, sub reditu suo, *ubertatem agrorum, copiam frugum, ocium, tranquillitatem, judicia, leges, concordiam populi, & senatûs autoritatem,* rediisse. Hæc omnia, inquam, tuis,

ô FERDINANDE,

CÆSAR Augustissime,

conveniunt temporibus. Prout enim nuper, sub *Pace* in diuturnum abeunte exilium, *frugum penuria, fames, vastitas, cædes, incendia scelerumq;* impunitas, diu durârunt. Consimiliter jam, *DEI* beneficio, & tuâ,

ô IMPERATOR Maxime,

bonitate, clementia: curâ ac sedulitate, sub redeuntem ab exilio *pacem,* simulatq; cultus *fertilitasq; agrorum, ubertas frugum, ocium, tranquillitasq;* (utinam & legum judiciorumque sanitas!) revertuntur.

Ad S. *Reg. Maj. Ferdinandum. IV.* humilima, more veteri, *Autoris* Acclamatio.

Inter tot splendida *Ferdinandi III. Imperatoris* gloriosissimi beneficia, inter tot luculenta & regia *Ferdinandi IV. Regis* studia ac molimina, mini-

nimè mihi quidem temperate pos-sum. Quin veteri, & *Romano*, more, humilimis conceptissimisq; verbis, acclamem: *FERDINANDE QVARTE*, *DEUS* te servet! *FERDINANDE*, *Princeps Iuventutis*, *Princeps Auguste*, *DEUS* te servet! *FERDINANDE Cæsar*, *FERDINANDE CÆSAR NOBILISSIME*, *DEVS* te tueatur! *FERDINANDE*, *Rex Ungaricæ*, *Bohemicæ*, *Croaticæ*, *Dalmaticæ*, *DEUS* te servet! *FERDINANDE AUSTRIACE*, *DEVS* te custodiat! Naturæ bonitas inclyta te commendat. *Austriacus* sanguis sublimat. Virtutes & merita tot *Cæsarũ* extollũt. Victoriæ & elogia tot *Regũ* exornãt. *Imperator* pater amat. *Reges*, & *Electores* aggratulantur. *Imperium* applaudit. *Regna* & *Provinciæ* exultant. *Principes* & *Dynastæ* venerantur. *Boni omnes* acclamant & vovent: *DEUS* te servet! *DEUS Cæsarem Patrem* Tibi, & *Te Cæsari Patri*, conservet! *DEUS* & *Imperatorem pa-*
ren-

rentem, & Te *Cæsarem Nobilissimum*, Reipublicæ, patriæ, litteris & litteratis, diu feliciterque servet ac conservet!

Quod ut optimè auspicatissimeque eveniat,

Auguste Princeps,

CÆSAR NOBILISSIME!

Vel sequens *Elegidarion*, quo *Germania* tua augustis novisque honoribus tuis, meis tamen verbis, religiosissimæ venerationis plenis, devotissimè assurgit applauditque, *Austriaca*, id est, serena benignaque fronte, admittere velles:

Ad

AD EUNDEM

Serenissimum & Augustum Principem, D. D.

FERDINANDUM QUARTUM,

Ungariæ & Bohemiæ Regem, Austriæ Archiducem. &c.

GERMANIA.

Et metrica, nomine *Germania*, Veneratio.

SAlve summorum sanguis generose parentum,
Quos toties felix *AUSTRIA* terra dedit!
Hactenùs augustos invicto Marte Monarchas,
Et genui Reges, magnanimosque Duces.
Qui, terras meritis dùm sydera laudibus implent,
Imperio summum contribuêre decus.
Austriacos sed qui superarẽt gẽte Monarchas,
(Pace loquor) nullos, tempore teste, tuli.
Harminios priscis quis non cognovit ab annis,
Historica quorum facta probata fide?
Quis, *VVitekinde*, gravi sub bello, nescit honorem,
Quale bis implêsti per tria lustra, tuum?
Cùm meus invictis superavit *Saxonas* armis
No-

Nobilis à *Francis Carolus* ortus avis.
Cujus ubi totum virtus impleverat orbem,
A magnis *Magni* nomina rebus habet.
Quis non *Conrados*, quis non audivit *Othones*,
Imperii validâ sceptra tulisse manu?
His si *Lotharios*, *Henricos*, *sive Fridricos*,
Sive *Sigismundos*, annumerare juvat.
Invenies, magnis animi virtutibus omnes
Cæsarea dignos laude fuisse viros.
Qui varios patriis pepulerunt finibus hostes,
Legibus & terras asseruêre bonis.
Sola sed herôas tot fortes, totq; benignos,
AVSTRIA, qui multis prævaluêre, tulit.
Vt, tanquam numero sunt splendidiore priores,
Sic vincant meritis maxima quæque suis.
Inter eos, si quis geminos censere *Rodolphos*,
Teutoniæ quondam sydera magna, velit.
Imperium primus Pietate paravit & armis,
Dùm varia scissum seditione fuit.
Et, quoniam *pietas* virtutes continet omnes,
Quæ penes est homines grata, penesque *DEVM*.
Hac duce *Cæsareum*, multa cùm laude paratum,
Vltrà firmavit secula trina, thronum.
Alter firmati tranquillatique *Rodolphus*
Imperii felix sceptra superba tulit.
Vt, reliqui pacem dùm *Reges* Marte profanant,
Qui solidæ gustum vix pietatis habent.
Hic pacem veluti munus tueretur olympi,
Imperio, suprà bis tria lustra, meo.
Quis minùs *Albertos*, *Fridericos* quis minùs, ornet,
Austriacę quondã splendida fulcra domûs?

Hi

Hi quoque *Cæsareos* titulos, fascesque supremos,
Viribus, atque armis, commeruêre suis.
Quis verò laudes, quas *Maxmilianus Vterq.*
Divina cumulat nobilitate, canet?
Scilicet hi pietate graves, virtute corusci,
Implêrunt meritis Solis utramque domum.
Vt nulli, quamvis insignes, carmine fasti
Cæsaribus tantis vel satis esse queant.
Fallor? an humanæ molimina grandia mentis.
Spiritus excessit, *Carole Quinte*, tuus.
Nam tibi *ter denis*, fuerant quæ propria, *Regnis*
Imperii fasces addere cura fuit.
Mox, ubi victa tuis succumberet *Africa* signis,
Vix ultrà spatium, quò gradereris, erat.
Ergo tot inter opes, mundi pertæsus opumq;
Cœlestes animis præmeditatus opes:
Imperium fratri, gnato tot Regna, resignas,
(Quod nullo factum tempore) sponte tua.
Libera quò misso magnarum pondere rerum
In cœlum pietas ingrederetur iter.
Quis quoque *Matthiam*, quis, *Ferdinande, Parentem*,
Et *Ferdinandos* sat celebrabit *avos*?
Primus ut ingentes sub Relligione tumultûs
Pacavit miti dexteritate sua.
Alter at, humanis longè sublimior ausis,
In vita *Sanctus*, dùm superesset, erat.
Sic *Ferdinandus* generoso Marte secundam

Eccel.

Ecce! pater pacem *Tertius* ille dedit.
Quam sub *Matthia*, capientibus arma *Bohemis*,
Turbârant populis irafurorque meis.
Tu nunc, à tanto qui, *Ferdinande*, *parente*,
Diva vel à *sancto* femina ducis *avo*,
Macte tuis, inquam, per avorum præmia, donis,
Et socia *Imperii*, cum *Patre*, sceptra cape!
Vngaricus flores, qui nunc simulatque *Bohemus*,
Ordine *Rex*, titulis auctus utrinque novis.
Mox capies summos *ROMANI REGIS* honores,
Et, patre cum magno *Cæsare*, *Cæsar* eris.
Vespasianus erat Pater, at tu filius esto
Mitis in *Imperio*, quod tibi trado, *Titus*.
Ambo triumphali curru, victricibus ambo
Intrârunt *Romam* convenienter equis.
Hos *Iudæa patri gnatoque* parauit honores,
Subdita *Cæsaribus*, dum jacet antè pedes.
Gratior haud ullus memoratur in urbe triumphus,
Imperium donec, *Roma* potensque, fuit.
Tu nunc consimiles, ô *Ferdinande*, triumphos,

Cum

Cum *Ferdinando* sæpè parente, geras.
Ambo triumphali curru sedeatis eodem,
In niveis ambo conspiciatis equis:
Devictas *Asiæ* gentes, *Turcosque* feroces,
Et rigidos mixtim barbaricosque *Getas.*
Fulcra magis vestram delectent nulla Viennam
Iubila, per festos mox iteranda dies.
Nullus in hoc extet jucundior orbe triumphus,
Quà pater *Imperii* machina lata mei.
Vive, vale, flore, *Rex* ô auguste! Diuque
Vince senex hostes cum seniore Patre!
Sic ego demissos testor *Germania* plausus,
Cæsaribusque precor prospera quæque meis.

FINIS.